b iuribus concordari. de elec.cum expediat.lib.vj.ꝛ vnum ius trahitur ad aliud.ff.de leg.sed ꝛ posteriores. Et sermones intelligẽdi sunt iuxta materiam in qua sunt etiã quandoqz contra ꝓpriam significationem.ff.locati.l.si ab vno. Alij distinguunt qz
c aut loquimur respectu iudicis: aut respectu appellantis.primo casu procedit opi.secunda.secundo casu procedit prima si tempore sententie sciuit appellans in sententia:quia hoc casu imputet sibi si non appellauit statim ꝛ apostolos petijt. in casu vero premisso debet permitti iudici ꝙ possit deliberare.non enim potuit diuinare an appellaretur.ꝛ per hoc dicunt ꝙ cum appellatur extra presentiam iudicis,currunt a die intimationis facte iudici. ꝛ ita decidit Rota Romane curie decisio.xxxij. Item fuit dubitatum [a] quo tempore. dic ꝙ verior est opi. prima indistincte per.d.l.iudicibus.nec rationes premisse in contrariũ vigent. d
nam ex quo ista tempora sunt compassibilia. potest vtrunq; simul currere.ff.ad turpi.l.in senatus.no.de elect.cum in cunctis. in fi.ꝛ.j.de magistris.cle.ij.ver.si quis.in glos.et ibi dixi in.ij.qõ. et plenius in.d.c.cum in cunctis. ¶ Quinto quero quare apostoli debẽt instanter peti.dicit Laud.ꝛ Bẽze. ꝙ ideo:quia iudex a quo pronocat.de offic.delega.suspitionis.ob hoc ad eum mitigandum disponunt iura ꝙ petãtur instanter ꝛ cũ reuerẽtia quia forte nõ traderet si cum arrogantia peterentur : quia cum is qui displicet ad intercedendũ mittitur ꝛc.xlix.dist.§.j. in auc. de man.princi.§. deinde competens. ¶ Sexto quero an sit ne-
cesse ꝙ petantur simul cum appellatione. glos.in verb.cõtextu. e
dicit ꝙ non.idem Paul.ꝛ Bẽze.pro hoc verbum sufficere, hic in tex.ꝛ sic non est necesse.

1 ☞ Appellans tenetur ad duo,scilicet ad comparendũ in termino pro petendis apostolis:ꝛ ad eos petendos.
2 Apostoli debent dari expensis iudicis a quo: qz assignat termi- f
num ad eos recipiendos.
3 Apostoli an debeant dari clausi.
4 Judex si assignauit appellanti terminum ad audiendum volũtatem suam,si appellans non compareat an dicatur renũciasse appellationi.
5 Judex a quo quando possit reuocare grauamen.
6 Appellans si non cõparuit in termino assignato ad recipiẽdos apostolos:quia impeditus,dicitur deseruisse appellationem.

a ¶ Optima legũ interpres. Adde l. si de interpretatione.ff.de legi.

b ¶ Volũtas pape. Ads.c.cũcta p mũdũ.ix.q.iij.

c ¶ Quid autẽ sit equitas. Adde Hosti. ꝛ Ant.de bu.i.c.fi. de trãsac. Joã.an.in.c. magne. de voto. Bald.in.l.j.ff.de iusti.ꝛ iur.

d ¶ Et qño. Adde doc. in.c.fi.de transac.ꝛ in.c.disciplina.xlv.dist. doc.in.l.placuit. C.de iudic.l. hac conditione.ff. de condi. ꝛ demon. Cy.in.l.j. in fi.C. de legi.

e ¶ Quid sint apostoli. Adde gl.in verbo, petat.i.c. cordi.de ap.li.vj.

f ¶ Tps petendorũ apl'oz. Adde Rotã dec.xxxj. inci. fuit dubitatũ. in nouis. bal. in addi. Spe.tit. de app.ver.apl'i. doct. in.l.iudicibus.C.de appel.

7 Quid si comparet per procuratorem.
8 Et an in termino teneatur petere instanter z sepius.
9 Quid si iudex in termino assignato assignat alium terminum.
10 Appellans si non comparuit in termino ad recipiēdos aposto los presumitur renunciasse appellationi: an hec presumptio sit iuris z de iure.

1 **§. Verum.** ¶Not. ꝙ appellās tenetur ad duo: scz ad cōparendū in termino assignato pro petendis apostolis, et ad eos petendos: vt hic. secus cū citatur vt veniat ad videndum reuocari grauamē: quia tunc sufficit ꝙ compareat etiam si nil petat. eo. ti. si a iudice. lib. vj. quē fit ratio differentie dicitur in gloss. sola. ¶Secūdo not. ꝙ terminus iuris potest arctari. hic enim iudex certum terminum assignat pro apostolis, z loquitur de termino hominis: qz. ī. §. proxi. loquitur de termino iuris. oportet autem intelligi ꝙ fuerit terminus breuior. nō enim posset iudex terminū. xxx. dierū prolōgare. Quando autē z quomodo possit terminus iuris breuiari, no. de regu. iur. indultum. lib. vj. dixi eo. tit. cum sit. cōcludendo ꝙ terminum datū a iure fine hominis ministerio iudex non breuiat nisi cū re-
2 perit ei permissum: datū aūt cū hois ministerio sic. ¶†Tertio
a ¶Expēsis. Adde Feli. in l. eos. in. §. apostolos. de appel. not. ꝙ apostoli dandi sunt expēsis[a] iudicis a quo: nam assignat terminū ad eos recipiēdos. pro hoc etiam. ī. §. proxi. ibi, se datu-rum. z ibi, oblatos. Sic etiā libellus datur expen. actoris. iij. qō. iij. offeratur. hec em̄ verba dare, cōferre, tribuere, z exhibere, vi-dentur gratuitam concessionē respicere: z his verbis vtitur hic, z. C. eo. l. iudicibus. posita. ij. q. vj. in fi. ibi, cōuenit prestari ꝙ ne-cessitatem imponit iudici. xiij. q. j. quod precipitur. ad idem eo. ti tu. c. j. li. vj. ibi, assignare deproperet. z in. c. ab eo. ibi, a iudice ex-hiberi. fit enim cōcessio ex officio. ij. q. vj. ab eo. etiam nō petenti. C. e. l. eos. simile de offi. ordi. si canonici. lib. vj. ¶Pau. z idem dici-tur. ī. §. proxi. in glo. vlti. que dicit communius seruari ꝙ dentur expensis appellantis, qs dicit habere equitatē, maxime in dele-gatis. idem ¶Paul. dic ꝙ imo veritatē. ꝙis enim iudex debeat offerre, non tamē debet suis sumptibus actu facere: quia nō de-bet suis sumptibus militare. de prescri. cum ex officij. de rescrip. statutū. §. assessorē. lib. vj. de hoc etiā dico. ī. §. seq. q. v. ¶Oppo. ꝙ ex quo apostoli fuerint in appellatione petiti, non sit opus ꝙ in assignato termino iterum petātur: quia sufficit simul fieri. s. precedēti responso. Sol. Laud. ꝙ quādocz iudex statim cōcedit vel expresse denegat vel assignat tempus nō determinatū: vt. ī. in fi. z procedit cōtrariū. quādocz certū terminū assignat: vt hic. vel terminum iuris: vt. ī. proxi. §. z tūc tenetur appellans iudicē requirere: vt hic. sed in eo ꝙ dicit de termino incerto, videt po-tius dicendū idem de illo ficut qñ assignatur terminus iuris: vt ī. in fi. dicitur. ratio autem quare in termino tenetur iterū appel lans petere, qz petitio sua videtur suspensa ad terminū: ideo ne videatur ab ea recessisse, debet eam renouare. ¶Quero que est ratio eius qs dixi in. j. notabili, ꝙ hic in termino nō sufficit com-parere nisi petant apostoli: et in casu capituli, si a iudice. sufficit comparitio sola. Solu. vt in glos. in verbo, petat. z idem ¶Pau. et in hac gloss. iurisdictionem resumat: z sic fauore ipsius iudicis:
3 z ideo ad minus teneā appellās. ¶†Secūdo quero an aposto-
b ¶An apostoli. Adde ¶Phili. in d. c. intimasti. do cto. ī. c. olim. el. ij. de offi. deleg. li[b] debeant dari clausi z sigillati. videtur ꝙ non: qz relationis co pia debet dari litigatoribus. e. ti. intimasti. ergo z apostolorum. Itē si negaretur delatū z iudex velit iterū pcedere: probari non posset si essent clausi. In cōtrariū qz dirigunt superiori cui sunt psentādi z ab eo aperiēdi. arg. de offi. dele. cū olim. ij. dicit ¶Pau. equum ꝙ dentur aperti z necessariū qñ sermo dirigitur ad ap-pellantē vt sciat qualē pcuratorē habeat mittere ad psecutionē cause. e. ti. interposita. ij. responso. e. ti. c. j. li. vj. vbi vero dirigunt superiori tolerari pōt ꝙ dent clausi. bene tamē facit iudex certi-fi care appellantē an detulerit vel nō: imo videtur necessariū per id qs nūc dictū est. facit. c. s. pxi. in fi. glos. vero vlti. ī. §. proxi. vbi dico. q. vj. simpliciter videtur velle ꝙ necessario dentur aperti. et sic cōmuniter dantur: qz dant acta pro apostolis: z in actis scri-
4 bit rñsio iudicis an deferat vel nō. ¶†Tertio quero quid si iu-dex assignauit terminū appellanti ad audiendum voluntatem vel responsionem suā si appellans nō cōparuerit: an dicitur re-nunciasse appellationi. quidā ꝙ nō: qz hic loquitur qñ assigna-tur terminus ad recipiēdos aplos. cum ergo cle. sit penalis, nō debet extēdi. de pe. di. j. §. pene. Alij cōtra: qz nō est pena, sed p-uisio causarū z abbreuiatio, ad qs iura intendunt. de dolo. finē. Itē ista sunt paria: z sic dicitur fuisse pnunciatū in curia de cō-silio auditorum. z hec pars indubitāter procedit qñ in appella-tione apostoli fuerūt petiti: qz tunc dando terminū ad audien-dum responsionē intelligit dare ad recipiēdos apostolos dela-torios vel refutatorios vel reuerētiales. s. sed quando in appella-tione nō fuerunt petiti: verior videt alia pars: vel saltem equior. tamē adhuc puto idem esse: quia dando terminum ad audien-dum responsionē intelligitur dedisse terminū ad omnia que sub responsione cōtineri possunt. z sic etiā ad apostolos recipiēdos.

5 ¶†Quarto quero in eo ꝙ dixi in. j. notabili ꝙ iudex a quo, po-test reuocare grauamē, qñ hoc possit. quidam vt refert ¶Matth. dicunt ꝙ re integra: cum appellans non fecit sumptus in prose quenda appellatione. ff. de condi. cau. da. si pecuniā. in prin. gl. eo. titu. cū cessante. dicit ꝙ etiam postea potest, dūmodo reficiat sumptus. ¶Host. dicit z verius. ꝙ semper pōt donec desierit esse iudex. definit aūt dando apostolos dilatorios. e. ti. cum appella tionibus. lib. vj. z alijs modis, de quibus dixi in. d. c. cū cessante.
6 ¶†Quinto quero si in termino assignato ad recipiendos apo stolos nō comparuit appellās qz fuit impeditus. dic ꝙ non di-
7 citur deseruisse. eo. tit. ex ratione. ¶†Sexto quero quid si cōpa-reat per procuratorē. dic sufficere. maxime si habet speciale mā-datum: quia qui per alium facit z c. de sen. excō. mulieres. lib. vj.
8 ¶Septimo quero an in termino teneatur petere instanter z se pius. ¶Paul. videtur dicere ꝙ sic. nam in verbo petat, dicit sub-audiendum instanter z sepius: z hoc nisi tpe appellationis fue rint petiti instanter z sepius: tunc enim nō expedit nisi petātur. pro hoc glos. in ver. videtur. sed illa loquit in alio casu. ipse autē ¶Paul. concludit melius esse hic supplere ꝙ instanter pro hoc. §.
9 proximo. z fin. ¶†Octauo quero si in termino assignato iudex assignat alium terminum. Sol. vt in gl. in ver. videtur. quam no.
10 in ver. z licet. vsqz ad fi. z idem ¶Paul. ¶†Nono quero in eo qs hic dicitur ꝙ nō veniens in termino ad recipiendos apostolos videtur renunciasse appellationi: an hec sit presumptio iuris et de iure. dic ꝙ sic: nam in tantum deserta est appellatio ꝙ nullo-modo audietur eam prosequēs nisi fuisset impeditus: vt dixi. s. q. v. Si tamē erit intra decēdium ad appellandū: posset iterum appellare: vt dicunt quidam. Contrariū tenui de testi. significa-uerunt. quia videt omne in prima appellatione deduxisse. cum ergo ei renunciauerit amplius non audiatur. qs dic vt ibi dixi.

1 ☞ Terminus iuris et terminus hominis equiparantur quo ad petendos apostolos.
2 Et an sit differentia an iudex assignet certam diem ad recipien-dos apostolos: an incertam. exemplum ponit.
3 Appellatio an possit interponi in quolibet loco. vide.
4 Apostoli cuius expensis debent dari.

1 **§. Similiter.** ¶†No. ꝙ terminus iuris hic equi-paratur termino hois. sicut em̄ nō petens aplos in termino hois censet appellationē deseruisse. s. §. proxi. ita z in termino iuris: vt hic. Ex hoc no. ꝙ termin[s] iuris censetur certus. si enim foret incertus, nō arctaret. ī. §. pxi. dicit autem certus quia iura sunt certa. ff. de iu. z fac. igno. l. ij. de con sti. c. fi. z a quocūcz sciri debēt. C. de legi. leges. z iuris terminus arctat, vt hic, sicut hois. p hoc de elec. statuimus. z. c. cupientes. lib. vj. p hoc qs dico. ī. q. ij. z. iij. ¶Quero in eo quod hic dicitur qñ iudex rñdet appellāti z c. an hoc pcedit siue petat aplos siue nō. dicit ¶Pau. ꝙ sic: z ideo in ꝓbo appellāti, supplet z aplos pe-tēti vel non petēti vel alteri vel pcuratorio nole ipsius petēti. Et hoc not. ꝙ etiam si appellans petierit apostolos, tamen si iudex dat terminū ad eos accipiendos, debent in termino iterū peti. qs tenet Laud. z Bēz. dicēs ꝙ ad hoc teneā ppter spem in qua iudex eum super hoc posuit terminum iuris vel hois assignādo.
2 ¶†Secūdo quero in eo ꝙ dicit de iudice q respondet se datu-rum intra iuris terminū, an sit differentia an iudex assignet cer-tam diem pro apostolis: vt qz dicat, cōpareas tali die: an incer-tam vt intra tot dies. gloss. ij. fol. z dicit ꝙ sic: qz primo casu non potest comparere intra diem. secūdo casu sic. quod not. Ex hoc not. ꝙ valet terminus incertus. nam cū dicit compareas intra tot dies terminus est incertus. z hoc etiā no. eadem glos. sed dic ꝙ sufficit ꝙ est aliquo modo certus ex quo nō transgredit diem vltimam termini. Ex hoc etiam no. id quod dicit eadē glo. ibi, z per id videtur. vsqz ad finem. per quā terminari potest questio qua queritur de citatione facta vsqz ad pascha vel aliam diem feriatam. tenet enim citatio z debet cōparere intra diem. quod dixi de fer. c. fi. Et in hoc vt dicit glos. sufficit ꝙ cōpareat quan-docūcz, loco tamen z tpe congruo. z intellige congruo: quia fm ¶Pau. nō sufficeret si incontinenti compareret. debet enim expe-ctare tāto tempore vt cū cōmoditate potuerit iudex apostolos formasse. quid enim si tertijs assignauit terminum predictum et in nouis compareat: non est de mēte iuris ꝙ satisfactum sit ter-mino. z de loco cōgruo pone exemplum per id quod no. eo. titu. ab eo. in glos. antepenul. lib. vj. z ibi not. de loco incongruo con-gruus autem videtur si sui copiā facit in publico. ff. quādo app. sit. l. j. §. adeundi. ij. q. vj. biduum. verfi. adeundi. Et dic publico, id est in quo sedere cōsueuit: vt no. Barto. in. d. §. adeundi. z de hoc. ī. ea. q. z dicit ¶Pau. ꝙ iste terminus non potest dici dubius cum sit iuris, z initiū eius sit ex facto appellantis. vult dicere ꝙ de iure statutū est tempus appellanti intra qs apostolos petat. et si iudex dicit se daturū intra iuris terminū, vel intra breuiorē: nō potest dici incertitudo, cū etiā prius ad hoc teneretur appel-lans: z ideo nō est in eo probabilis ignorātia. pro hoc qs dixi. s.

in.ſ.notabili.Ex hoc infertur ꝙ dūmodo congruo loco ⁊ tēpore cōpareat intra terminū,tenetur iudex apoſtolos tradere.⁊ dicit Bēze. ꝙ intantū tenet iudex eos tradere ſicut iudex quādo nō eſt aſſignatus terminus liberat tradendo apoſtolos intra.xxx. dies:quādocunq; ſit appellans q̄ terminus eſt aſſignat⁹ libe-
ratur quādocūq; petat congruo tpe quaſi totum tps ad ſui cō-
modū ſit inductū.ar.ff.de ver.obli.ſtipulatio iſta.§.inter. ex hoc dicit Bēze.ī.§.ſeq.ꝙ iudex nō eligendo certū terminū tranſfert poteſtatē eligēdi in appellantē.ſimile de cōſue.cū in tua.de p̄bē. ſi pluribus.libr.vj.dicit tamē ꝙ licet appellans petēdo intra iu-
ris terminū nō obtineat apoſtolos: adhuc p totū iuris terminū tenetur expectare iudicem ſi eos offerre velit.arg.§.eo.ſi a iudi-
ce.lib.vj.qr iudex ante lapſum iuris terminū nō dicit eſſe in mo-
ra tradendi eos:ſed appellans non tenetur iterū adire iudicē ex quo ſemel intra dictū terminū petijt: qr ſemel iuris diſpoſitioni ſatiſfecit. ſecus autē ſi iudex aſſignaſſet certū terminum: qr illo
3 elapſo nō eſt amplius expectandus. ¶†Opp.ad id qđ dixi de loco cōgruo.videtur eīm quilibet locus congruus,cū appellatio
a non ſit actus iudicialis.poteſt eīm actus interponi[a] etiam die feriata.C.de feř.l.i.no.de fe.c.ſi.in glo.ij.ſicut etiam libellus offer-
ri.ff.de adul.miles.§.ſexaginta. ⁊ ſic etiam quolibet loco poteſt exerceri. Sol.videtur vbicūq; appellatio porrigatur iudici hoc ſufficiat ad impediendum, ne ſentētia tranſeat in rem iudicatā. quod ſatis innuit lex permittēs appellare poſſe die feriata qua tñ iudex non ſedet. ſed quo ad effectum vt iudex non tradendo apoſtolos intelligatur detuliſſe appellationi, vt hic, requiritur ꝙ loco cōgruo ſint petiti. Et quo ad hoc cōgruus ſit vbi ſedere conſueuit,vt dixi.§.e.q. vel eoipſo ꝙ non apparet incongruus, apparet aūt incongruus ex cōiecturis:vt in exēplis de quib⁹ ha-
betur.eo.ti.ab eo.li.vi.in gl.antepe.⁊ ſic dicenti incongruum in-
cumbit probatio.¶Tertio quero ſi iudex reſpōdit ſe daturum ap'los in termino iuris vel vltima vel pe.die termini:dicit glo.ij. ꝙ terminus eſt cert⁹:nec ſufficit ante terminū cōparere.quā no-
dic tñ ꝙ dz comparere ea hora diei in qua poſſit act⁹ expediri. arg.de offi.deleg.cōſuluit.fm Laud.pro hoc qđ dixi.§.q. proxi.
¶Quarto quero ſi iudex qui dedit terminū ſit remotus, ⁊ ali-
ſurrogat⁹. dic idē in eo.ff.de iudi.l.mortuo.⁊ l.proponebat. da-
bit ergo ſurrogato tantū tps quātū ſuperat de.xxx.dieb⁹.argu.
4 ff.de iudi.ſi iudex. ¶†Quinto quero cuius expēſis debēt tradi apoſtoli.gl.vlt.dicit cōiter ſeruari ꝙ expenſis appellātis. In cō
trariū tñ aliqua inducit.de hoc etiā dixi.§.§.p̄xi.in.ij.notabili. Et pro opi.ꝙ expenſis appellantis inducit Benze.ī.§.p̄xi. qr ſi iudex expēſis proprijs hz tradere cū nō volūtarie ſed neceſſario hoc faciat, ſuū miniſterū erit ſibi dānoſum.contra id.ff.quēad. teſta.aper.l.ſed ſi quis ex ſignatorib⁹. de elec.cū nō deceat. li.vj. ⁊ laqueus videreť ſibi inūci cū ex p̄cepto iuris tradere teneatur. §.eo.vt.§.punit enim ſi nō tradit m.xxx. pondo auri fiſco appli-
candis.C.eo.quoniā. laqueus aūt nulli eſt inūciēdus.xxvij.q.ij. de viduis . nec dz qs iuris authoritate vel precepto decipi.C.de his qui ve.eta.l.j.nā debet parci ei qui iuris p̄cepto obtemperat ne detrimentū patiatur.ff.de bonis liber.l.qui cū maior.§. ſi pa-
tris. Itē apoſtolorū traditio videt eſſe de proceſſu.C.eo.l.iudici-
bus.arg.C.de p̄ba.qñ. ſed de p̄ceſſu nō tenet iudex dare copiā ſuis ſumptibus.⁊ dicit Bēze.hoc de iure verius. ¶Sexto q̄ro an apoſtoli debent dari clauſi.glo.vlti.arguit ꝙ nō. de quo dixi §.§.p̄xi.q.ij.Bēze.aūt p hoc ꝙ aperti ⁊ non clauſi dari debeāt, inducit qr in eis eſt exprimēda cauſa quare admittat vel refutet appellatio.ff.de appel.l.ſciendū.eo.ti.cordi.q̄ cauſa ignota eſſet appellanti:⁊ ſic neſciret an coram iudice a quo, deberet ampli⁹ comparare vel nō: ex quo neſciret an detulerit vel nō.que ratio nō eſt ſufficiens:qr poteſt de hoc deliberare.de appella.ſua. cui licite innititur ſi teneat:al's ſecus. dictum tamen eſt verum per id quod.§.dixi.§.proxi.in dicta.q.ij.

1 ☞Judex ſi taceat quando per appellantem petuntur ab eo apoſtoli an habeatur pro denegante.

2 Appellans ſi non habeat apoſtolos quale damnum incurrit.

3 Quid ſi iudex nō venit ad locum vbi ſe daturum dixit apoſto-
los: an habeatur ac ſi veniſſet et non tradidiſſet,ſi appellans in illo loco comparuit.

4 Quid ſi iudex appellanti reſpondendo dicit ſe non admittere: niſi quatenus de iure tenetur:quid erit.

1 **§. Quod ſi iudex.** ¶Nota id qđ not.gl.vlti. ⁊ idem Paul.¶†Opp.ꝙ iu-
dex qui requiſitus nō dedit apoſtolos, non debeat haberi pro denegāte: vel hic dicit:ſz potius p cōcedente.ſicut iuſſus rīdere ſi nō rīdet habeť p cōfeſſo.de iuramē.calum.c.ſi.Solu.ſi habe-
retur pro cōcedente, nō puniretur iudex qui negligit concedere
2 pars deciperet:qr fingeret habere qđ nō haberet. fit ergo in-
terpretatio vt taciturnitas habeaťr pro denegatione. ¶†Sēdo opp.ad idem. nam cum apoſtoli dentur in ſignū remiſſionis ad ſuperiorem ad informationē ipſius.ij.q.vj. poſt appellationem. non videtur releuari appellās ex h oc ꝙ iudex habeatur pro de-
negante.Solu.releuatur: quia probato ꝙ iudex nō reſpondit: procedit ſuperior, ⁊ compellet iudicem ad dandum proceſſum: quia al's non proc ederet, ſed potius remitteret appellātem ſine apoſtolis cōparentē ac ſi deſerta foret appellatio.§.eod.c.j.ver.
3 ꝙ ſi appellator.li.vj. ¶†Quero ſi iudex in termino ad dādum apoſtolos nō venit ad locum in quo ſe reſponſurum conſtituit. dic ꝙ habetur perinde ac ſi veniſſet ⁊ non tradidiſſet, dūmodo cōparuerit appellans, ⁊ quantum in ſe eſt petierit. ſufficit enim quomodocunq; ſatisfiat huic litere,vt verum ſit dicere iudicem nō tradidiſſe.⁊ ita reſpondi in.q.facti. hoc autem caſu ſi appel-
lans nō compareret, licet iudex nō veniſſet,puto ꝙ deſerta cen-
ſeretur appellatio:licet al's nō cenſeatur contumax qui non cō-
paruit in termino ſi iudex non ſedit: vt not.gloſſ.de dolo.c.fina. quod eſt ibi ideo qr non intereſt aduerſarij.hic autem loquimur de appellante qui ſumma ope proſequitur appellationem.C.de temp.appel.l.fina.no.eo.ti.ex ratione.pro hoc iſta litera ibi,ap-
pellanti petenti.ſi ergo non petit quantum in ſe eſt, nō eſt locus huic diſpoſitioni.quod not. ¶Sc̄o quero ſi iudex appellanti a
petēti apoſtolos nihil reſpondit. gl.ij.dicit idem eſſe ac ſi reſpon
derit ſe daturum nō prefixo ad hoc termino: quo caſu habetur pro denegante. ¶Oppo.ad hoc:qr ex quo nō prefixit terminū, videtur intelligendum de termino iuris,vt actus valeat. Item qr tenet citatio ſine termino.eo.tit.cū parati.⁊ intelligitur q̄ pri-
mū poteſt.Solu.aliud in citatione:quia cū citatus arctetur,ne-
ceſſario venire debet parere q̄ primum poteſt:ſed hoc caſu cum dicit iudex ſe traditurum non aſſignato termino,nihil precipit, ſed ſunt verba enunciatiua que nihil operantur: et ex hoc patet ꝙ verba que ſequūtur ibi, ⁊ poſtea per appellationē ⁊c.referun
tur ſolum ad caſum quādo aſſeruit ſe daturum intra terminum iuris: nam tunc non ſunt verba enunciatiua: qr appellatio ter-
mini hz vim p̄cepti de cōparendo intra terminū illū.fm hoc intel
4 lige glo.pe. ¶†Tertio quero ſi iudex dicit reſpondendo appel lationi ꝙ non admittit niſi quatenus de iure tenetur: dixi in.q. facti ꝙ habetur pro nō reſpondente quo ad apoſtolos: qr reſpe
ctu petitionis apoſtolorū nihil dixi. non eīm dici pōt ꝙ admiſſio vim habet dilatiōis qr verba hoc nō importāt.qđ no. ¶Quar-
to quero in eo ꝙ permittit appellanti proſequi appellationem poſtq̄ non potuit conſequi apoſtolos petitos, quid ſi quis pe-
tit per ordinarium confirmari electionē ſuam.videtur ꝙ eo recu
ſante poſſit electus ſine appellatione adire ſuperiorem.arg.hu-
ius litere.⁊ de ſupplen.negli.prela.c.j. dicit Lap. ꝙ Joā.an.in-
terrogatus reſpondit contrarium dicens ꝙ licet collatori ſit cō
ſtitutum tempus ad conferendum:tamen ſecus in confirmato-
re.Lap.dicit ſibi videri primum verius per.c.fin.lxv.diſt.ꝙ non multum facit. Item ibi non de confirmatore,ſed conſecratore. ⁊ dic ꝙ a confirmatore oportet appellari, cū procedere debeat in forma iudicij.de elec.c.ſi.lib.vj.

1 ☞Appellatio extraiudicialis habet cōuenientiam ⁊ diſcon-
uenientiam cum appellatione iudiciali.vide qualiter.

2 Appellatio debet finem accipere intra annū ceſſante iuſto im-
pedimento.

3 An autem dies in quo appellatur computetur in anno.

4 Judex a quo, an ad inſtantiam appellati dicentis appellatio-
nem eſſe deſertam appellante non citato nec alio modo certifi-
cato de appellationis deſertione poſſit ſententiam mandare executioni.

5 Quid ſi eſt notorium ꝙ appellatio nō poterit finiri intra annū.

6 Appellans ſi fuit impeditus proſequere ſuā appellationē ⁊ nō poteſt probare impedimentū p teſtes: an ſtetur ſuo iuramento.

7 Quid ſi appellans intra terminū miſit p̄curatorē qui non iuit.

1 **Sicut.** ¶†Nota ꝙ appellatio extra iudicium comparatur appellationi iudiciali.diſcō
paratur etiam vt not.eo.titu.bone. de hoc in gloſ.ij. in fi.Et licet hec dicatur appellatio extraiudicialis: proprie tamen dicitur ad cauſam vocatio. de except.cū inter. eo.titu.cum ſit.et fit a parte contra partem. de elec.cum nobis. ⁊.c.cum inter canonicos. Aliquando fit cōtra iudicem extra iu
dicium.argu. de tempo.ordi.ad aures. ¶Secundo not. ꝙ ex-
tra iudicium appellatur a futuro grauamine. de hoc in gloſſ.in verbo,a futuro,⁊ in ea ibi,illato vel cōminato. de hoc p Archi. b
eod.titu.cordi.lib.vj.idem Paul.de hoc in Specu,eod.titu.§.in
2 quibus.ver.xxxvij. ¶†Tertio not.ꝙ nō ſufficit inchoare proſe
qui appellationem,ſed debet finiri:ibi,finire. Et ſic not.ꝙ tem-
pus proſequendi cenſetur tempus finiendi.⁊ hoc quātum eſt ex parte appellantis ceſſante iuſto impedimēto.qualiter autem iu
3 uetur impedit⁹,no.eo.ti.ex eo. ¶Quero an dies qua[b] appella-
b tur cōputetur in anno proſequēdi.gl.iij.dicit ꝙ non. idē Paul. et fm hoc ibi,a die. hec dictio a,excludit. aliqñ vero includit.de hoc.xxxj.diſtin.c.j.per Archi.de elect.c.j.lib.vj. pro hoc.iij.q.v. quiſquis.vbi dies in qua quis recipit literas citatorias nō com-

a ¶Bōt eīm actus interponi. Adde.l.j.C.de feriis. Spe.ti.de feriis. in.§.ij. in ver.pōt aūt. Ant.de bu. ⁊ Jo. de imol.in c.pterea.de dila. Lanfrā.in repeti.cle.ſepe.in ver. de plano. de ver. ſig. Lu.ro.in.l.j. de in ius vo.

b ¶An dies qua. Adde qđ notať in ſimili in.c.ſtatutum. de prebē. lib.vj.

putatur in numero mensis. ad hoc eo. tit. super eo. li. Item dies annotationis bonorum non cõputatur in anno ad recuperandum bona. ff. de requi. reis. l. annus. In contrariũ: quia dies in qua fertur sententia cõputatur in numero. x. dierum ad appellandum. ĩ. q. vj. anteriorum. ff. quãdo ap. sit. l. j. §. dies. Item in numero. xl. dierũ datorũ a tpe diuortĩ ad accusandũ computantur dies diuortĩ. ff. de adulte. is cuius. §. ex senatusconsulto. et dies delate bonorum possessionis computatur in centum diebus vel anno que dantur ad eam petendã. ff. de successo. edicto. l. j. §. qõ dicimus. sic etiam dies natiuitatis alicuius cõputatur in. xxv. annis: intra quos dicitur quis minor vt possit petere restitui. ff. de minoribus. l. ĩĩ. §. minorẽ. Et hoc vltimũ dicit Benze. probabilius per hanc literam cum dicit, a die interpositionis. Si enim dies illa non computetur, nõ curreret annus a die, sed post diẽ: nisi exponeretur a die, scilicet finita. Item fauor rei iudicate pro qua prima facie presumitur, facit vt dies illa cõputetur. pro hoc quod not. in. d. §. dies. z. §. minorem. Ad contraria respondet ꝙ in eis non cõputatur dies: quia sic cautum reperitur quod non est hic: quia in illis de nullo fauore agitur: sicut hic: vel in eius odium dat causam illi computationi. dic primum verius: quia si dies interpositionis deberet computari, non dixisset hic intra annum a die interpositionis, sed dixisset ab interpositione sicut etiam dicitur ꝙ a tempore sententie debet appellari intra decẽdium. nõ enim potest esse annus a die interpositionis nisi a tota die finita sit cõpletus. bene fateor ꝙ regulariter tẽpora numerãtur de momento in momentũ, per iura in contrarium allegata. z hoc nisi aliud exprimatur sicut hic exprimitur ratione ꝓdicta. ¶ Opp. ad hoc z ad text. in auf. de iudicibus. §. appellationes. colũ. vj. vbi tps fatale anni non currit nisi a lapsu duorum mensium qui dantur ad producendã appellationẽ in cõsistoriũ principis. Sol. Benze. illud speciale vbi a certis iudicibus appellatur: vt ibi dicit gloss. aꝰ si indistincte loqueretur, videretur correctum per hanc cle. saltẽ in foro ecclesiastico. Et etiã corrigeret l. fi. §. illud. C. de temp. ap. et de hoc. §. dic vt hic in gloss. magna.

¶ Quero an sit indistincte verũ qꝫ hic dicit. Solu. vt in gl. iĩũ. ibi, scire debes. vsqꝫ ad fi. 4

¶ †Secũdo quero an iudex a quo, ad instantiam appellati[a] asserentis appellationem esse desertã nõ citato appellante z aꝰ nõ certificato de desertione, possit sentẽtiam executioni mandare. dicit Laud. ꝙ nõ. sed debebit appellantem vocare vt de hoc certificetur. s. eo. personas. aꝰ contra partem inauditã non est iudicandũ. de in integ. resti. tum ex literis. de cau. pos. c. j. 5

¶ †Tertio quero si nondũ est elapsus ann[us], tñ notoriũ est ꝙ a tpe quo incipit psequi intra annũ non poterit appellatio finiri, nec habuit excusationẽ, quare prius non incepit. dicit Laud. ꝙ sibi imputet: vt hic. z. ĩ. qõ. vj. ei qui. non enim debuit sic se arctare. de offi. dele. cõsuluit. dicit tamen ꝙ iudex a quo, non poterit reassumere causam donec totus annus sit elapsus. de elec. commissa. lib. vj. Et in hoc dicit etiã ꝙ licet iudex a quo, possit cogere appellantem ad arripiendũ iter, vel se presentandum iudici congruo tẽpore: non tamen poterit cogere vt intra breuius tps ab appellatione recedat: qr beneficiũ iuris quo datur sibi annus non potest sibi auferri. ar. xxviĩ. dist. de his. de hoc. ĩ. q. vj. biduũ. s. e. cum sit. z. c. ex insinuatione. pro hoc quod dixi. s. eo. cle. j. qõ. xxĩ. z. iĩ.

¶ †Quarto quero si appellans fuit infirmus ita ꝙ fuit impeditus appellationẽ prosequi: an si non habet testes poterit de impedimẽto docere ꝑ iuramentũ ꝑtis. Spe. eo. titu. §. nunc breuiter. ver. quid ergo. tenet ꝙ sic. arg. c. fi. quod me. cau. lib. vj. z dicit ibi Spe. per Clementẽ quartum mãdatum fuisse ꝙ ita seruaretur. quod vt dicit ibi Jo. and. cõmendabile fuit in curia vbi difficile et quasi impossibile esset ducere testes conscios de infirmitate: secus si coram ordinario: et sic etiã dicit secus de vicinis curie. de hoc no. Archi. z Jo. an. de dolo. eũ q. lib. vj. vbi cõcludunt qꝫ est arbitrariũ que ꝑbatio sufficiat. 6

¶ †Quinto quero si intra terminũ appellãs misit procuratorẽ ad prosequendum qui nõ iuit. dicit Matth. ꝙ si ꝓcurator iter arripuit, nõ imputabitur appellãti eius malitia. ff. ex qui. cau. ma. l. qui mittuntur. §. vlti. z. s. c. meminimus. sed Spe. eo. ti. §. nũc breuiter. ver. item quid si pars. dicit ꝙ nõ excusabitur. debuit enim prosequi. ff. mãdati. l. si procuratorẽ. §. si tutores. Idẽ Pau. hic: qꝫ est verius. agat ergo appellans cõtra procuratorẽ ad suũ interesse. z si esset non soluẽdo restituetur ad prosequendũ. ff. de eo per quẽ fac. erit. l. fi. §. j. 7

¶ Sexto quero si appellans negat se appellasse: deinde processu tẽporis vult appellationẽ prosequi. dicit Spe. in. d. §. nunc breuiter. ver. sed pone appellãs. ꝙ fuit obtentum eum non esse audiendum. ar. de proba. per tuas.

1 ☞ Fatalia appellationis nõ currunt pendente compromisso.
2 Judex potest in appellatione procedere vbi periculum vertitur etiam partibus non prosequentibus.
3 Quãdiu, hoc verbum quid importet.
4 Appellans si vult appellationẽ prosequi durante cõpromisso, potest soluendo penam.
5 Appellatio si per tacitum consensum partium suspenditur, an currant fatalia.
6 Decendium datum ad appellandum, an eius cursus impediatur per compromissum partium.
7 Compromissum an finiatur triennio.

1 Quãdiu. ¶ †Not. ꝙ pendẽte compromisso dormit cursus fataliũ: z sic finito cõpromisso reassumit suũ cursum, z cõputantur vltima tempora cũ prioribꝰ. de verb. sig. dilecto. de in inte. restitu. cle. vnica. ff. ex quib. cau. ma. l. sed z si per pretorem. §. quoties. Pau. 2

¶ †Secũdo not. ꝙ in causis in quibus vertitur periculum potest iudex etiam partibus nõ prosequẽtibus in appellatione procedere. de hoc in gl. in ver. imminere. z in ea. in fi. idẽ si ex dilatione fit alĩs preiudicium: vt si esset questio hereditaria vel naliũ, que differtur in fraudẽ legatorum. qui fi. sint legi. lator. ex hoc not. ſm Laud. qꝫ vbi interest tertij puta reipublice, seu ecclesie, vel priuati, vel vbi periculũ animarum imminet, potest iudex cõpellere partes ad litigandum. C. quomodo z quando iudex. auf. qui semel. de collu. c. j. z quod ibi. not. ¶ Oppo. ꝙ etiam pendente compromisso currant fatalia. de elec. si compromissarius. j. responso. libr. vj. Sol. vt in gl. ĩ. vel ſm Benze. ibi non est verũ cõpromissum, sed trãslatio iuris quo pars per se vel per aliũ non vtitur intra tps legitimũ.

3 ¶ †Quero qd importet verbum, quãdiu[b]. Sol. vt in gl. j. ¶ Secũdo quero si compromissarius nõ pronũciat, vel pronunciat: sed appellãs vult penã soluere z appellationem prosequi: Solu. vt in glos. ĩ. que dicit eũ hoc posse. z idem Pau. z de hoc in. q. sequẽ.

4 ¶ †Tertio quero si durante compromisso vult appellans appellationem prosequi. dicit ea. glo. ꝙ soluendo penam potest. z idem Pau. quia per compromissum nõ expirat iurisdictio etiam delegata: licet primum cõpromissum expiret per scm: z per ambas partes vel per alteram lite contest. ff. de arbi. l. sed si in seruum. in fi. et duabus senam arbitriũ est voluntariũ: ideo ab eo nuda voluntate recedit. Judiciũ vero est necessariũ. ff. de verb. obli. inter stipulantẽ. §. j. de iudi. c. j. Itẽ iurisdictio datur a lege vel a superiore arbitriũ a partibus. ita no. in Spe. de arbi. §. finit. in fi. Lap. dicit hoc verum nisi dictũ fuisset in cõpromisso ꝙ quoties veniret cõtra, toties pena cõmitteretur: et ea soluta vel non stetur compromisso z arbitrio: quo casu nõ poterit rediri ad iudiciũ. de hoc ꝑ Host. in sum. de arbi. §. qualiter constituatur. ver. sic ex quo semel. z in Spe. de arbitris. §. vt aũt in forma. §. sequitur. versi. consuluit. z versi. ſm premissa. z ver. quid si in compromisso. pro hoc qꝫ not. gl. ff. de arbi. l. ĩ. z de arbi. c. dilecti. in glo. vlti. in fi. vbi dixi ꝙ hec clausula inducit emologationẽ arbitrĩ. 5

¶ †Quarto qro si partes per tacitũ consensum suspẽdunt appellationẽ. glo. in ver. expresso, dicit per hoc nõ impediri cursum fatalium. Idem Pau. Laud. tenet contrariũ, ponens exemplũ si ambo ordinati de eũdo ad sanctũ Jacobum: etiã si nõ expresse dicant ꝙ fatalia non currant: nã videtur per cõsequens tacite voluisse fatalia nõ currere. arg. xxv. dist. qualis. xliiĩ. distin. sic rector. de presump. nonne. Benze. tenet primũ vt nõ recedaꝫ a verbis litere ibi, expresso. argu. ff. de exercitoria. l. j. §. is qui. de leg. iĩ. l. non aliter. vj. qõ. iĩ. scriptum. qꝫ est verius. dictũ tamẽ Laud. equius vbi posset dici ꝙ qñqꝫ nulla conuentio interuenit. sed de facto appellans z appellatus se absentarũt per longam peregrinationẽ: z tũc verum sit dictum glos. que etiam sic exemplificat. aliquando interuenit cõuentio, vt in exẽplo premisso ſm Laud. z tunc secus quasi satis dicaꝫ de expresso cõsensu appellatio differri. 6

¶ †Quinto qro an per eorũ cõpromissum impediatur cursus decẽdij[c] ad appellandũ. Pau. dicit ꝙ non. nã hic non dicit nisi de tẽpore prosecutionis. ibi, prosecutio. z ibi, ad prosequendũ. ratio: qr decendium datur parti grauate ad suspendendum effectũ grauaminis: sed tps prosecutionis datur vtriqꝫ: ideo cõmunis cõsensus vtriusqꝫ facit cursum dormire. Item decendiũ datur ad trãsferendum causam ad superiorem appellationis remedio non ad litigandum: sed accedens ad arbitros non appellat et facit aliquid ꝙ succedat appellationis loco: tẽpus vero prosecutionis datur ad litigandum, quod faciunt euntes ad arbitrũ: ideo nõ 7
currit eis tps. arg. C. de inoffi. testa. l. cõtra maiores.

¶ †Sexto quero an compromissum finiatur triennio. gloss. j. in eo qꝫ dicit diu, intelligi etiam si decies mille anni fluxerint. inducit ꝙ non. de hoc in Spe. de arbi. §. differt. ad finem. sed Jo. and. in additionibus ibi post Martinum de fano dicit ꝙ cõpromissum expirat triennio computato non a die cõpromissi, sed a tẽpore cause coram arbitro cepte per. l. properandum. C. de iudi. z ꝙ instãtia finiatur triennio de iure ciuili: etiam coram arbitris tenet glo. ff. de arbi. l. item si vnus. §. si multa post.

1 ☞ Appellatio ab interlocutoria et a grauamine qualiter differant.
2 Appellari potest ab interlocutoria ſm canones.
3 Cause sunt exprimende in appellatione ab interlocutoria.

Interlocutoria

a ¶ Instantiã appellati. Ad de barto. i. l. j. in fi. ff. nil no. appel. pẽ. per l. fi ẽ. C. de app. z ibi Bal. tex. in. l. ĩ. in fi. C. de tempo. ap. quẽ dicit ibi Bal. meliorẽ tex. in iure.

b ¶ Quãdiu. Gl. in cle. ĩ. de vita z ho. cle. Bar. in. l. j. C. de legi. bart. in. l. pater seueri nã. ff. de condi. z demonstra.

c ¶ Cursus decendij. Adde Rotã deci. ĩ. in ti. de dila. inci. itẽ fuit dubitatũ. in nouis. ad fi. Ant. de bu. in. c. lz. in. x. colũ. de ꝑbatio. Bal. in auf. ei q. C. de tẽp. ap. Ange. in auf. hodie. C. de app. Ludo. ro. et Paul. de ca. in. l. ĩ. ff. de re iudi.

5 Interlocutoria que dicatur.
6 Cause in interlocutoria qualiter dicant nolatim expresse, vide.
7 Quid si qs expresse duas vel tres causas subiecta clausula generali dicit, dico sententiam iniustam ex causis predictis z alijs tempore suo proponendis.
8 Quid si notorie sunt cause: an debeant exprimi.
9 Executores non tenentur seruare ordinem iudiciorum.

Appellanti. ¶ Ante diffinitiuā appellāti non licet prosequi causas alias ꝑ in appellatione nominatim expressas: nec processus primi iudicis iustificari vel impugnari pōt nisi ex actis coram eo. habet duo dicta. scōm ibi, nec processus.
1 ¶ †Not. differētiam inter appellationem ab interlocutoria, et appellationem a grauamine. ponuntur enim hic pro diuersis. licet quo ad effectū huius. c. sit idem iuris in vtraq;. potest autē esse grauamen iudicis sine interlocutione cum de facto grauat.
2 de resti. spol. cū venisset. ¶ †Scōo not. ꝙ ab interlocutoria[a] pōt
a appellari fm canones. s̄. eo. super eo. ij. et de hoc ibi. sic etiam a quolibet grauamine etiā minimo: qz hic indistincte loquit. pro hoc eo. tit. de appellationibus. z quod dicit grauamine, dic fm Pau. illato vel cōminato. eo. ti. cum cessante. Et in tali appellatione que fit ante sententiā requiruntur. x. que not. eo. tit. ordi. li. vj. ¶ Tertio no. casum in quo debeat fieri expressio nomina-
3 tim. de hoc in gl. in ver. nominatim. ¶ †Quarto no. ꝙ in appellatione ante sententiā potest quis exprimere et prosequi plures causas. ibi, causas. z de hoc in glo. in ver. expressas. ibi, z no. que hoc vult. Et dicit Paul. hoc verum qñ prosecutio fit coram iudice ad quem. sed si in curia impetretur delegatus: non consueuit in rescripto exprimi nisi vna causa: qs etiam dicit hec gloss. in eo ꝙ dicit de stylo curie. Et dicit Pau. hunc stylū in curia seruari nisi in appellatione essent plures articuli se non contingentes: z initur stylus predictus equitati, ne appellās falsas causas exprimat in appellatione. de hoc in Spec. de appel. §. de officio. in princ. penul. col. licet autem in vno rescripto non exprimat curia
4 nisi vnam causam: tamē fm Boati. super qualibet causa datur vnum rescriptū. ¶ †Oppo. ꝙ nō sit opus exprimere in appellatione ab interlocutoria. sed sufficiat dicere, appello quia est iniusta. vt not. Inno. de no. ope. nun. c. penul. Solu. vt in glos. ij. que dicit hic reprobari opi. Inno. Paul. vero quē sequit Lap. putat opi. Inn. hic non corrigi si sane intelligatur de interlocutoria cuius iniquitas detegitur per allegationes iuris. sic loquitur. d. c. penul. z de testi. significauerunt. de rescrip. significāte. z duobus. c. seq. de iudi. exhibita. de libel. obla. c. ij. non em̄ appareret ad quid nominatim debeat exprimi cū ex tenore sentētie pateat iniquitas. s̄. tit. j. pastoralis. ver. verū. sed vbi iniquitas habeat detegi ex probationib⁹ facti, necesse est causam exprimi in appellatione: vt hic. de hoc dic vt dixi in. d. c. pe. vbi indistincte dixi opi. Inn. nō procedere per decisionē rote. Itē si appellatur ante sententiā a grauamine. z ad rationē Paul. dic ꝙ pdest exprimere qz licet iniquitas colligatur ex actis: potest tamen pars renūciare. ideo sicut expedit ꝙ appellet: ita ad expediēdas lites z coercēdas appellationes debet causas etiā que patēt ex actis exprimere. nā sepe non possunt haberi acta. vnde iudex ad quē, nō posset de appellatiōe instrui si liceret appellare modo p̄misso qui poterit instrui ex tenore appellationis si cause fuerint exp̄sse prout hic dicitur. ¶ Secundo oppo. ꝙ appellatio a grauamine possit' iustificari ex futuro grauamine. s̄. e. cle. sicut. Sol. vt in gloss. in verbo, iudicis. z idem Pau. z Matth. pro hoc quod dixi de elect. cle. constitutionem. §. fi. q. ij. hic ergo loquitur de appellatione nō mere extraiudiciali. qualis est ea que interponitur contra. sed de extraiudiciali non mere qualis est ea que interponit a grauamine iudicis. ¶ Tertio oppo. quod possit processus iustificari vel impugnari ex nouis causis: vt not. vt lit. non cōte. c. ij. in gloss. quare dicit. Solu. vt in glos. in ver. nec processus. que dicit hic reprobari illam gloss. z approbari opi. Inno. in. c. significantibus. de no. oper. nun. vbi tenet id quod hic decidit. Et idem Pau. qui inducit rationem que ponitur in gloss. in ver. nouis. dicens non esse mirum si noua causa vel probatio nō potest iustificare vel impugnare processum cum ex causa etiā preceden ti non expressa in appellatione non possit impugnari. eo. titu. dilecto. si ergo hoc nō potest iniquitas precedēs: minus posse debet sequens. ¶ Quarto opp. ad hoc ꝙ imo etiā ex nouis actis: quia si iudex reuocat grauamen, tollitur appellatio, z iustificatur processus eius. s̄. eo. cum cessante. Solu. Laud. stando contrario quia sibi licet in melius reformare: z sic quo ad hoc nō attenditur tempus z interlocutiones. z idem Benz. sed dic ꝙ nō obstat: quia hic solū dicitur ꝙ in causa appellationis nō potest iustificari vel impugnari ꝓcessus primi iudicis ex actis coram iudice ad quem. at per reuocationem grauaminis non iustificatur processus in causa appellationis: sed potius tollitur appellatio. ¶ Quinto oppo. ꝙ etiam causas non expressas in appellatione possit appellans prosequi. z no. glos. ij. q. vj. nō ita. Solu. vt in gloss. in ver. expensas. que dicit hic reprobari gloss. illam. et idem Pau. ¶ Sexto oppo. ad hoc de elect. c. constitutionem. in fi. vbi etiam per nouas probationes iustificatur appellatio. Solu. vt hic dixi in. d. cle. in fi. q. ij. ¶ Septimo oppo. quia videtur hic velle ꝙ nō expediat fieri probationes coram iudice ad quē, contra id: de testibus, ex parte. eo. ti. interposita. j. responso. Solu. vt in gloss. in ver. probandis. z idem Benze. z Paul. dicit qs intantum debet fieri probatio coram iudice ad quem, ꝙ etiam si obtulerit appellans se probaturum coram iudice a quo, licet hoc probato iustificetur appellatio z omnia reuocentur per modum attentati: tamen ad obtinendum in causa expedit probare veritatem exceptionis siue perēptorie siue dilatorie. quod dic vt dixi in. d. c. ex parte. ¶ Quero de rōne decidēdi in vtroq; dicto huius cle. Solu. vt in primo dicto fuit ea ratio que ponitur eo. titu. vt debitus. z. c. cordi. lib. vj. ¶ In secundo dicto fuit ratio que tangitur in glo. in ver. nouis. z. s̄. dixi in. ij. contrario. Et
a fm Laud. fuit quia super certis z plene deliberatis iudex presumitur processisse, maxime vbi imminet preiudicium partis. insti. de actionibus. §. curare. xxx. q. vlti. iudicantem. ideo appellans non debet permitti fingere vel aliquid mutare in discrimen aduersarij z iudicis. argu. ff. de iniu. l. pretor. de elec. vt quis. z. c. ab eo. libr. vj. ¶ †Secundo quero que dicitur interlocutoria. dicit
5 Pau. ea que non fertur super principali, sed super emergēti seu super peremptoria. s̄. eo. dilecto. j. c. fi. z de hoc ibi in gloss. in ver fi. repulsione. z dicit Paul. ꝙ repulsio vel remissio peremptorie non diffinit principale nec ex ea oritur actio licet oriat exceptio. argu. de elect. cum dilecti. in fin. sed ex diffinitiua oritur actio in factum. C. de re. cre. l. actori. xj. qō. ij. quomodo. z idem no. in. d. gloss. in verbo, repulsione. pro hoc fm Pau. quia si interlocutoria esset diffinitiua, non esset necesse super principali vlterius pronunciare quod est falsum imo super ea voluntarie pronunciatur z super principali necessario. de hoc de ordi. cog. c. j. pro hoc quod dixi. s̄. eo. titu. cum cessante. vbi dixi ad quid cognoscitur
6 interlocutoria a diffinitiua. ¶ †Tertio quero que expressio re-
b quiratur vt dicantur cause[b] nominatim expresse. nunquid enim requiritur maior expressio per hāc cle. quam requireretur olim. videtur qs sic cum iura tantum dicerent causas exprimendas non addendo ꝙ nominatim. eo. tit. cordi. libr. vj. aliud autem est dicere causas simpliciter, aliud nominatim. arg. de dolo. c. ij. de exce. c. j. lib. vj. j. de vi. z honesta. cleri. diocesanis. Laud. z Benze. tenent cōtrarium. z dicit Laud. ꝙ ideo dicit nominatim, qz cum certe cause essent ante hanc cle. in appellatione inferende: hic voluit ꝙ eedem nō alie essent prosequende. dicuntur autem nominatim expresse cum de ipsis constat per demonstrationem et circūlocutionem. de testi. licet ex quadam. Et fm eos si plura grauamina simul exprimuntur sufficit alterū probare dūmodo per se sit sufficiens: nisi extendatur ad diuersa. de iudi. exhibita.
7 z qs ibi no. in gl. fi. ¶ †Quarto quero si quis expressit duas vel tres casus subiecta clausula generali, vt qz post expressas causas dicit: dico sententiā iniustam ex predictis causis z alijs suo tpe proponēdis videtur ꝙ tunc possit ex vi clausule causas pſequi etiā nominatim nō exp̄ssas. ff. si quis cau. sed z si quis. §. q̄situ. de ꝓcu. q ad agēdū. li. vj. Contrariū dic per hāc cle. in verbo, nominatim. z ita approbat rota Romane curie, vt dixi de no. oper. nū. c. pe. Et ex hoc talis clausula in appellatione ab inter-
8 locutoria reddit superflua. ¶ †Quinto q̄ro qd si cause sunt notorie. videtur non requiri ꝙ exprimantur, per id qs not. vt lit. non cōtest. c. ij. in. j. glos. Contrariū tenet hec glos. in verbo, al's. z idē Benze. pro hoc ꝙ saltē debeant proponi: licet nō probari: quia debet quis allegare id qs est causa sue intentionis etiam si ipso facto probet. ff. de adult. l. si adulteriū cū incestu. §. idē pollioni. z ibi hoc tenet Bar. vt. ff. si cer. pe. l. cū quid. ¶ Sexto quero an qs hic dicit in secūdo dicto locū habeat siue iudex a quo sit ordinarius siue delegatus. dicit Lap. in additio. ꝙ sic. z in hoc dicit corrigi dictū illorū maxime Bul. z Abb. qui dicunt ꝙ processus ordinarij potest iustificari coram iudice ad quem, ꝓbando ꝙ cōtra illum contra quē inquirebat laborabat infamia q̄n cōtra ipsum incepta fuit inquisitio super veritate criminis: q̄ tūc de infamia nō cōstiterit inquirenti. secus dixerunt in delegato: vt no. Spec. de inquisitione. §. nūc tractemus. ¶. hic autē scias. z in hoc dicit Lap. approbari dictū Inno. tenētis cōtrariū qs tenet Archi. xxiij. q. ij. de illicita. dic ꝙ hec cle. nō facit pro, nec cōtra p̄dicta: z saluari potest primū dictū: qz ordinarius potest inquirere super veritate etiam nō prediscusso de infamia. argu. de offi. ordi. ex parte. z quod ibi not. secus in delegato qui tenet p̄discutere de infamia. de accu. cum oporteat. si tamē nō p̄discutit, licet possit appellari: tamē si nō appellat, processus tenet. de accu. c. j. li. vj. qs dixi de accu. qualiter. ij. ꝙ ergo ꝓcessus ordinarij iustificetur ꝓbando de infamia coram iudice ad quē nō repugnat huic litere: qz ex quo prius tenuit ꝓcessus ordinarij super

a ¶ Ab interlocutoria. Adde glo. z doc. in. l. ab exe cutione. de app. Spec. ti. de app. in. §. ij. ¶. ad huius. Paul. de ca. consil. xxv.

b ¶ Ut dicantur cāe. Adde Philip. in. c. vt debitus. de appel. in xvij. col. ver. xvij. querit. Adde la pū allegatiōe. lv. incipiēte. quidā coram iudice.

veritate, non dicitur proprie iustificari. ¶†Septimo quero an locū habeat hec cle. in scōo dicto in executoribus. dicit Lap. qđ nō, cū nō teneant ordinē iudicior obseruare: vt no. de presump. c. fi. s. de offi. deleg. cle. vnica. ¶Octauo q̄ro de quo iudice appellationis intelligit̄ hoc. c. dicit Benze. de quocunq; papa vel alio q; indistincte loquitur. ff. de leg. prestan. l. j. z. §. generaliter. xix. dist. si romanor̄. ¶Nono q̄ro an qđ hic dr de exprimendis causis in appellatione locū habeat in interlocutoria super attētatis si ab ea appellat̄. rota Romane curie dec. lxxxiij. determinat q; non: q; hz vim diffinitiue. Et sic potest iudex ad quem cognoscere de causis etiam in appellatione non expressis. z q; hec cle. non habeat locum[a] in interlocutoria que hz vim diffinitiue, tenet eadē Rota dec. xvj. qđ singulariter no. qđ etiam dico. j. e. cle. fi. q. ij. ¶Decimo quero an hic requiratur tanta specificatio quanta in appellatione: de qua de elect. vt circa. libr. vj. dicit Paul. q; non. hic enim sufficit q; nominatim: ibi non requiritur maior specificatio.

a ¶Nō habeat locū. Adde Ang. in. l. v. in p̄nci. de verb. obl. Bal. in l. minor b°. C. de his qb° vt indig. Bal. in. l. j. in. vij. col. x. z. quero. C. qñ p̄uoca. nō est necesse. dñi de rota tit. de re iu. dec. viij. in antiqs. Jo. an. in. c. pueniit. el. ij. de appel. Domi. ij. q. j. i gl. fume. in. iij. colū. Lud. ro. cōsi. xlj.

1 2 3 4 5 6 1

¶☞ Appellatio si est deserta an prosecutio prosit appellanti.
Sentētia lata cōtra ius litigatoris quare trāsit in rem iudicatā.
Sentētia prima si reuocatur per iudicem ad quem post lapsum fatalium, an teneat.
Appellatus si intra terminum prosequitur appellationem facitq; citari appellantem qui non venit, z pronūciatur cōtumax: si postea venit an possit prosequi.
Quid si appellatus incepit prosequi, z post hec impediatur.
Appellatio si interponit̄ a sentētia p lapsum vero fatalī efficit̄ deserta: an iudex appellationis possit cognoscere de nullitate.

S Jappellationē.

esse possunt. arg. xxxij. dist. si quis vero. pro hoc quia tales nō reputantur persone ecclesiastice cū non sint conuersi nec religiosi. arg. xij. q. j. duo. qs dico in sequē. q. Laudu. tenet contrarium dicens q si sunt talia in quibus instituti consueuerunt clerici perpetui potuerunt permutari qs est verū: quia tūc sunt beneficia. secus si instituuntur tanq̄ gubernatores: vt communiter fit: vt in. d. cle. q cōtingit. ¶ †Duodecimo q̄ro an hospitalarij[a] vtentes coniugio portātes aliquod signum, puta crucem, gaudeāt priuilegio clericali in persona vel reb⁹. Laudu. dicit q in bonis applicatis hospitali gaudeant priuilegio. C. de episco. z cleri. l. orphanotrophos. In suis vero non: cum nec sint clerici nec cōuersi nec religiosi in aliqua religione approbata. de reli. do. c. fi. Idē dicit de eremitis[b], licet glo. xvj. q. j. qui vere. z. xcij. dist. nulla. dicat q gaudent priuilegio clericali. Idē dicit Laud. de bigamis[c] coniug. al's non tonsuratis lepr̄osis vel similibus, scilicet q non gaudent: q̄ ad hoc vt aliqui gaudeant priuilegio clericali, requiritur vt sint clerici vel professi in aliqua religiōe approbata. xvij. q. iij. si quis suadēte. de senten. excom. non dubiū. de cleri. coniug. c. vnico. lib. vj. ¶ Opp. ad hoc: q̄ lepr̄osi dicuntur religiosi. de eccle. edifi. c. ij. dicit Laudu. contrarium esse verum, vt ibi not. Hostien. quod etiam tenet hic Benze. dicens q nullo iure cauetur qs lepr̄osi sint religiosi: quicquid dicat Inn. in. d. c. ij. Dic qs Innocē. ibi solum dicit q eorum collegium est religiosum z licitum. z intelligi debet religiosum. i. pium z honestum. pro hoc de reb. eccle. non alie. c. fi. quod etiam tenet glo. j. de reli. do. cle. ij. in ver. secularibus. quantū autem ad premissa videtur non esse verum quod dicit Laud. in eo qs dicit nō gaudere priuilegio clericali nisi clericos vel professos, per id qs dixi de fo. compe. si diligenti. vbi dixi quod etiam non clerici, dummodo censeantur persone ecclesiastice gaudent priuilegio sicut sunt fratres de tertio ordine beati Frācisci. pro hoc de priuileg. vt priuilegia. ver. hoc autem. vbi confratres oblati qui mutauerunt habitum secularem gaudent priuilegio clericali. ad hoc tamen potest dici quod ibi gaudent priuilegio quo ad ea de quibus ibi. z hoc quia sic ibi exprimitur pro hoc quod notatur. de deci. clemen. j. in gl. fi. sed pro hoc melius. d. clemen. in fi. z de priuile. per exemptionem. lib. vj. vbi non solum monachi z cōuersi qui religionem profitentur sed etiam perpetuo obligati gaudēt priuilegio ecclesiastico. quod tenet Joan. and. in. d. c. per exemptionem. Item ad hoc vt aliquid censeatur ecclesiasticum sufficit q authoritate episcopi sit deputatum vsui ecclesiastico. de ecc le. edificā. ad hoc. vbi loquitur de rebus: fortius ergo de personis quibus res accidūt. xij. q. ij. precipimus. de dote post diuor. resti. per vestras. preterea nouitius in religione gaudet priuilegio clericali etiam quo ad canonem, si quis suadente. xvij. q. iij. de sent. excom. religioso. lib. vj. qui tamen non est monachus, vt ibi. z per hec dic q aut talibus personis est traditus certus modus viuendi a papa, aut non. de primo exemplum in fratribus de tertio ordine beati Francisci: vt not. de sen. excom. cum ex eo. in gl. iij. in fi. z tales gaudēt priuilegio clericali: q̄ omnia nostra facimus ꝛc. de preben. hi qui. z. c. fi apostolice. lib. vj. qs autē papa possit, patet eadē ratione: quia potest aliquem ascribere militie clericali, z potuit clericos eximere tenendo quod exemptio clericorum sit de iure positiuo. quod dixi de maio. z obe. c. ij. tamen quo ad ipsos fratres de tertio ordine non videtur q gaudeant priuilegio ecclesiastico: q̄ non dicuntur plene trāslati ad ordinem ita qs desināt esse de seculo. quod dico in. d. cle. cum ex eo. q. ij. Secundo casu videretur standum opi. Laud. q nō gaudent priuilegio nisi sint clerici vel religiosi, per superius dicta: nam nec inferior papa potest nouam religionem constituere. de relig. do. c. fi. Aerius tamen dic q dūmodo authoritate prelati habētis potestatem vt episcopi sint deputati ad aliquem vsum perpetuum ecclesiasticū vel pium gaudent priuilegio ecclesiastico, ita q cēsentur persone ecclesiastice. pro hoc dicta cle. j. de deci. z dictum. c. per exemptionem. nō tamen q gaudeant priuilegio canonis, si quis suadente. qs locum habet in percutiēte clericū vel monachū: vt ibi dicitur. z sic non in alijs nisi quatenus inuenimus iure expressum: sicut exprimitur de conuersis. de senten. excō. non dubiū. q̄ z ipsi sunt religiosi vel de nouitijs in religione qui interim censentur religiosi. d. c. religioso. de senten. excommu. lib. vj. Sed extra casus expressos in iure nō est locus. d. c. si quis suadente. Tales ergo qui sunt hospitalarij vel ad aliū pium vsum deputati dūtamen perpetuo z mutato habitu censebuntur persone ecclesiastice. d. c. vt priuilegia. quo ad gaudendum aliis priuilegijs immunitatum concessarū personis ecclesiasticis sicut super immunitate ab oneribus. de immu. eccl. adiuersus. z. c. non minus. de cēsi. quāq̄. lib, vj. vbi generaliter dicit de personis ecclesiasticis. z sic intelligo qs not. Hostien. in sum. de regu. ij. j. ver. quid de rusticis. z Spe. de sta. mona. ver. xxxvj. z iura z rationes preallegate ad hoc. Si vero a nomine est facta talis deputatio sicut cōtingit de aliquibus eremitis qui aliquā do ad tēpus accipiunt aliquem habitū z viuūt de eleemosynis nullo priuilegio ecclesiastico gaudēt: non enim sunt incorporati ecclesie quodam iure speciali: z absonū foret q cēserentur persone ecclesiastice, cum sint meri laici z recedāt ad sui libitum z ad nullum vsum ecclesiasticū vel pium authoritate ecclesie. i. prelati qui hoc possit fint deputati. z pcedit hoc vltimo casu opi. Laudu. ¶ †Decimotertio q̄ro an hospitalia conferri possint personis regularibus. videtur qs fic: quia solum prohibetur de clericis: ibi, clericorum q videtur intelligendum de secularibus. arg. xix. q. ij. due. Item cle. ij. j. de relig. domi. prohibet de secularibus. z sic videtur de regularibus permittere. de pūmp. nōne. facit in arg. xvij. q. ij. quidam. vbi videtur innui q hospitalibus clerici seculares z religiosi laici preesse possunt. preterea in lepr̄osarijs minus videtur dubium, cum lepr̄osariū videatur esse locus religiosus: vt no. Inno. de eccle. edifi. cum dicat. Benze. tenet contrarium per regulam qua cauetur qs religionē pfessus secularibus ecclesijs prefici nō potest. de reg. super eo. nisi ppter officium predicādi quādo sunt curate. de sta. mona. quod Dei. Ad not. per Inno. in. c. cum dicit. respondet non esse verum qs lepr̄osi sint religiosi: quia nullo iure hoc cauet: z nihil de substātialibus religionis faciunt, imo matrimonium cōtrahere z eo vti possunt, vt tenet Hostien. in. d. c. tu autem intellige dictum Innocen. vt dixi. ē. q. pr̄oxi. Ad. c. quidam. respondet q ibi numerātur tria genera, scilicet monasteria quibus monachi possunt prefici, z materia. i. seculares eccle. quibus preficiuntur clerici, z hospitalia quib⁹ prefici possunt laici. Dic qs questio quo ad istud. c. non erat dubia: quia papa non concederet literas religiosis super prouisione beneficiorū nisi esset curata per ea que nunc dixi: ideo hic tantum expressit de clericis: an tamen z quādo possint hospitalia concedi religiosis dixi de reli. do. de xenodochijs. z dico in. d. cle. ij. ē. vt autem. qō. j. ¶ †Decimoquarto quero an in fabricis locum habeat qs hic dicitur. glo. in verbo, eleemosynarijs. in fi. dicit q fic. z est sensus eius q p literas sup prouisione beneficiorum non poterit prouideri de fabrica. Stepha. dicit quod quicquid fit de iure, de facto seruatur q sub huius gratijs includantur. dic vt in sequen. q. ¶ †Decimoquinto quero si certi reditus deputantur ad fabricā quibus preficiuntur aliqui qui appellant operarij, an conferri potuerunt per literas de quibus hic. videtur q non: cum eadem sit ratio que in xenodochijs vt reditus deputati ad vsum fabrice ad alium nō trahantur. Itē tales qui deputantur tenentur reddere rationē z reliqua que restant deponere conuertenda in emptionem predioꝝ, vel aliud augmentum fabrice. xij. q. ij. nobis. facit auc. de sanctissi. episco. ē. economos. colla. ix. z sic nō dicitur assignata fabrica predictis in beneficium: quia tunc facerent fructus suos. de offic. ordi. presenti. lib. vj. In contrarium: quia nomine beneficij continetur omne quod gratis z liberaliter cōfertur. ff. de ser. expor. l. seruus. nec videtur procedere ratio cōtraria q reditus predicti sint deputati ad vsus fabrice: nam z omnes reditus sunt ad vsum pauperum deputati. xvj. qō. j. quoniam quicquid. vnde sicut sub gratia alij reditus cadunt: ita z isti: et sufficit q hec constitutio de his non faciat mentionem. primum verius quod tenet gl. vt dixi in proxi. q. licet Stepha. teneat secundum: z pro primo sunt rationes ad hoc inducte, maxime q̄ fabrica non censetur beneficium ratione predicta: nec procedit qs dicit Stepha. qs reditus omnes[d] clericorum sunt deputati ad vsus pauperū: quia illa deputatio non est immediata, sed principaliter sunt deputati in vsus ministrorum. de preben. de monachis. z. c. cū secundum. Item sunt deputati in vsus pauperū per erogationē faciendam per institutos. d. c. quoniā quicquid. qui tamen faciunt fructus suos ita qs si distribuunt in alios q̄ in pauperes, tenet, quāuis peccēt male distribuendo. quod dixi de fideiuſ. peruenit. de pecul. c. fina. in cle. gratie. q. xix. ¶ Decimosexto quero si ecclesia habet hospitale annexum, an poterit prouideri per literas de quibus gl. hic in verbo, ecclesias. q fic. z idem Paul. ¶ Decimoseptimo quero si ecclesia z hospitale sint vnita z non appareat quod sit principale. glo. eadem soluit esse standum possessioni, ex qua colligetur qs fit principale: z si hoc nō apparet, repelletur impetrans. quam gl. not. quia facit ad multa, per quam gl. consuluit Bal. vt refert Pet. de ancha. q si mandatur prouideri de ecclesia sancti A. cum hospitali sibi annexo, si hospitale est principale z ecclesia annexa, non obtinebit. In contrarium inducit: quia verba transposita idē significant. ff. de pecu. leg. quidam testamēto. cum glos. pro hoc de rescrip. causam. inducunt z alia. sed dic quod in rescriptis bñficialibus verba intelliguntur proprie z stricte, vt hic, z eo. ti. quamuis. j. z in. c. cui de non. lib. vj. Itē q̄stio premissa videtur habere parum dubij: quia rescriptum erat obreptitium in quo dicebatur hospitale annexum ecclesie cum esset ecōuerso. in. q. autē gl. si constaret quod hospitale z ecclesia essent vnita eque principaliter, dicit eadē gl. locū esse huic. c. z idē Paul. z Benz. in hac gl. ibi, cum

a ¶ An hospitalarij. Adde doc. in c. ij. de fo. compe. Host. in summa. tit. de regu. in. ē. j. ver. qd de rusticis. Specu. ti. de stat. mona. versi. xxvj.

b ¶ Idē dicit de eremitis. Adde gloss. in ver. acephalos. in. c. nulla ratiōe. xciij. di. Innoc. in. c. cum ad monasterij. Archi. in. c. vni. de excess. prela.

c ¶ De bigamis, adde Bart. in. c. ij. de fo. compe. z doc. in cle. j. de relig. domi. doc. in cle. ad nostram, de hereti.

d ¶ Reditus oēs. Adde. c. quoniā. xvj. qō. j. c. qs autem. xxij. q. vij. c. cōueniot. xxij. q. viij. c. sicut hi. xlviij. dist. in.

ibi,cum de beneficio.xxvij.di.quod interrogasti.xx.q.j.quē pro genitores.xx.q.j.vidua.de regula.vidua.de presbȳ.non bapti. c.fin.ibi,per tuas.qui fil.sint legi.per tuas.z in fine:quia ex quo hospitale venit principaliter,comprehendi non potest sub literis:vt hic.nec vnito cū ecclesia hoc potest operari.nam cum cōcurrunt duo quorum vnū se habet prohibēdo,aliud permittēdo:vel vnum negatiue,aliud affirmatiue:plus operat negatio: qđ dixi de renun.in presentia.plus enim tollit negatio q̄ ponat affirmatio:vt no.glo.de consue.cū dilectus. ¶ Decimooctauo quero de quibus spiritualibus loquitur litera ibi, spiritualia. Sol.vt in glos.in eo verbo. ¶ Decimonono quero si hospitalia possunt concedi in titulum sicut quandoq̄ permittitur.j.de relig.domi.cle.ȳ.an comprehēdentur sub literis.gl.in verbo,prouideri.dicit qđ non:dicens q̄ qualitas hospitalitatis est in literis exprimenda,vt expresse appareat papā hoc voluisse.qđ not. Benze.autem videtur stricte intelligere hāc cle.de eleemo.que non conferūtur in beneficium.dicit enim qđ si sunt eleemosynarie que sunt in multis monasteriis ad quas sunt deputati prouentus quibus aliqui preficiuntur z faciunt suos:nō habet locum hec cle.qđ dixi.ē.q.j.z p̄m hoc intellige glos.eo casu qđ licet conferantur in titulum, tamen habēt naturam hospitalium in aliis de quibus in cle.quia contingit.

1 ☞ Adeptio possessionis que dicatur.
2 Officium executoris an sit finitum per adeptionē possessionis beneficij.
3 Executores si tulerint sententiam contra quoscunq̄ contradicentes an durabit etiam post annum.
4 Dignitates duas tenens si adipiscitur tertiam de facto an efficiatur inhabilis ad alia beneficia propter pluralitatem.
5 Confirmatus an potest administrare ante installationem.

SI plures. ¶ Opp.qr de nō dubio est hoc c.qr si impetrās habebat duas dignitates etiā anteq̄ assequeretur tertiam vacauerunt prime:quia per adeptionē secunde vacauit prima.eo.titu.de multa.z si non dimiserat primam verbo,de facto vacabat etiam secūda.per extrauagan.Jo.xxij.execrabilis.de qua hic in glo.vlti.gl.ȳ.soluit intelligendo qđ impetrans habebat dispensationem super primis.z idem Laudu.z Pau.Stepha.vero intelligit siue de facto siue de iure obtineret primas.z dicit qđ ratio dubitādi fuit,quia non sic de facili tolluntur plures sicut vna:ideo licet per adeptionem secunde dignitatis vacet prima:non tamē per hoc expressum erat qđ per adeptionem tertie vacent due prime:z non debet prima extendi.dicit tamen q̄ quia maior est ambitio si habens plures aliam petat,q̄ si habens vnā:ideo dignum est q̄ vtranq̄ perdat:vt hic.sed hoc presupponendo remanet hoc.c.de indubio,cum fortior sit ratio in duabus primis q̄ in vna prima.vnde verior est precedēs sol.vt sit aliqua dubitatio.nam si de facto habebat primas,nō potuerunt dici vacare per adeptionem tertie:qr iam vacabat ex alio. Ratio tamen Steph.saluatur per id quod dico.j.in vltimo cōtrario. ¶ Secundo op.ad hoc quia si intelligimus q̄ habebat dispensationem super primis expeditum videbatur.eo.tit.non potest.ȳ.respō.li.vj.q̄ dic vt in glo.in verbo,vacare.vsq̄ ibi,sed qr.q̄ soluit qđ poterat esse dispēsatū notatim super illis.z declarādo gl.dic q̄ q̄nq̄ dispēsatur g̃aliter super duabus curatis, z intelligit de duabus primis.z istū casum dicit terminatū p.c. non pōt.vbi dicit qđ dispensatio intelligit de duobus primis,z sic per adeptionē tertij ambo prima vacāt:qr non potest quo ad tertiū dispēsatio aliquid operari:q̄nq̄ dispēsatū est super duobus quibuscūq̄:z q̄nq̄ habendis:z tūc per adeptionē tertij nō vacāt ambo prima,sed tertiū surrogatum loco secundi,z secundum loco primi:z primū solū vacabit:z iste casus nō ponit in.d. c.nō pōt.neq̄ in hoc casu loquit hec gl.q̄nq̄ dispēsatū est super duob⁹ nominatim,vt super beneficio sancti A.z beneficio sanc duob⁹ nominatim,vt super beneficio sancti A.z beneficio sancti B.z idē iuris est qđ in primo casu:tñ non erat iste casus terminat⁹ per.c.nō pōt.qđ loquitur in casu primo.nec cōtingebāt hūc,sed determinat hic:ideo vtilis fuit hec declaratio. ¶ Tertio op.ad hec:qr p̄m hoc videt esse supflua hec cle.nā si per adeptionem tertij vacant duo prima q̄n dispensatio fuit generalis: fortius debet vacare q̄n facta fuit notatim:cū tūc certū sit q̄ respectu tertij nihil operari pōt.gl.eadē ibi,z videbat.soluit ponēdo rationem dubitandi.videbatur enim quibusdā qđ hoc casu non vacarent ambo prima,sed princeps.i.papa deberet eligere q̄ ex primis dimitti volebat.ar.ff.de excus.tuto.si duas.in prin. vbi si tres tutele alicui deferuntur is qui creauit.i.iudex eligat quā oporteat illū suscipere.z quā dimittere.Circa hoc tamen refert gl.opi.aliorū q̄ ipse,puisus debet eligere per.c.eo.ti.preterea.z.c.referēti.z quāq̄ sint he opiniones inter se diuerse,tñ pariter obstant textui,cū hic dicatur ambo prima ipso iure vacare: sed hoc tenendo respondet gl.ad.l.si duas.qđ in pluribus tutelis per vnius receptionem nō vacat alia:z per hoc vult dicere secus esse in dignitatib⁹,cū per adeptionē vnius vacet altera:sed adhuc videt stare ratio.d.l.qr per dispensationē poterat iste habere duas,z per adeptionē secūde nō vacauerat prima:vnde vi debatur q̄ per adeptionē tertie nō vacarent ambo prima:quasi essemus extra ius cōmune ꝓpter dispēsationē,z sic extra casum c.de multa.z per cōsequēs videbatur standū antiquis iuribus vt ipse impetrās eligeret,per.c.preterea.z.c.referente.prealleg. dic qđ dispensatio hoc solū faciebat q̄ habens duo prima cēsebatur ac si haberet vnicū:sed si habuisset vnicū,vacasset p adeptionē secūdi:ergo per adeptionē tertij vacant ambo prima.qđ voluit hic Matth.dicēs q̄ vigore dispēsationis duo prima habebant̄ loco vnius.vnde quo ad illa duo veneramus extra ius cōe:sed cōparando ista duo simul respectu tertij nihil operatur dispēsatio:est ergo locus iuri cōi. ¶ Quarto opp.ad idē:nā collatio tertij nō tenet.de offi.ordi.ordinarij.in fi.lib.vj.nisi dispēsatio extendatur ad tertiū,vel nisi prius signet ambo prima.gl.e. in ver.sed remanet.ibi,z forte.dicit q̄ forte hoc fuit dubiū huius cle.quā declara:qr nō prestat impedimētū z.c.regula,nō prestat. lib.vj.ergo si collatio tertij nō valet,nō pōt inducere vacationē priorū ꝓpter hoc cōtrariū.Fran.vercel.hoc tenebat in.d.c.ordinarij.sed vt ibi no.fuit excusabilis,qr nō vidit.c.cū q.lib.vj.e.tit. vbi per adeptionē beneficij incōpassibilis etiam de facto obtēti ita vacat primū sicut per adeptionē iustā:z sic est locus huic cle. ¶ Quinto opp.ad hoc:qr sic intelligēdo remanet hec cle.de nō dubio tūgēdo:c.ordinarij.in fi.cū.d.c.eū qui.Sol.ibi erat declaratū de habēte vnū se intrudente in aliud incōpassibile,sed non erat declaratū de habente plura iuridice,z impetrante a papa aliud incōpassibile,imo sup hoc erat q̄stio per superi⁹ dicta z p alias rationes que ex superioribus dictis possunt inueniri.vnde ante hāc cle.pendebat questio in curia,vt dicit hec glos.nec adhuc habetur ꝓ plene declarato in eo q̄ dicit q̄ procurasset a cō positorib⁹ declarari.cōcludit tñ pulcherrime distinguendo ibi, puto tñ.vsq̄ ad fi.z ibi est signāda,maxime in hoc q̄ ex ea videt inferri,licet nō cīno aperte,q̄ licet cū aliquis est adeptus curatū:si per eū stat quominus acqrat possessionē,vacet primū.hoc tñ verū est cū tenet adeptio curati sed si nō tenet penitere pōt nō se immiscēdo possessioni z retinēdo primū.z idē Pau.qui quasi eadē verba dicit cū gl.z in hoc vltimo expresse dicit q̄ nūc dixi. Laud.vero refert opinionē Barfie qui tenuit qđ adeptio tertij nullius erat momēti,ꝓ.c.ordinarij.prealle.z qđ nō vacabūt duo prima,sed retinebit ex dispēsatione:qđ reprobat hic.vnde dicit Laud.q̄ licet videretur qđ per adeptionē tertij nō vacarēt ambo prima sicut per adeptionē secūdi,vacat primū:qr duplex funiculus difficili⁹ rūpitur.de treu.z pa.c.j.tñ cōtrariū hic dicit: qr propter dispensationem duo prima habentur loco vnius,vt dixi in tertio cōtrario.ad.c.ordinarij.dicit Laud.q̄ id qđ dicit qđ collatio est nullius momenti,intelligit quo ad hoc vt omnia tria possit tenere.nam ꝓpter possessionē tertij admittit duo prima:z hoc in collatione ordinarij.ar.de offi.or.cle.ȳ.fec⁹ in collatione pape vel legati.d.c.qr tūc nō valet collatio.z dicit Lap.q̄ sic pōt intelligi.c.ordinarij.in fi.in impetrātib⁹ a papa vel legato:nisi gratia sit facta motu proprio:quia tunc valet.j.c.proxi.z in hoc videt Laud.contradicere ei q̄ ꝓxime dicit,sed videt esse mēs eius qđ si.c.ordinarij intelligitur de collatiōe ordinarij,debet exponi vt ꝓxime dixi q̄ collatio nō tenet quo ad hoc vt possit tenere omnia tria.si autē intelligit de collatiōe pape vel legati,debet intelligi vt iacet:qr collatio tertij non tenet.d.cle.ȳ.qđ vltimū ꝓcedit si tacet de primis:vt in.d.cle.Laud.dicit q̄ eo casu quo collatio tertij non valet,si anteq̄ adeptus fuerit pacificā possessionē vel anteq̄ steterit p eū quomin⁹ adipisceret nō renūciauerit collationi min⁹ legitime facte:de tertio vacabūt prima, z nullū habebit.ad qđ inducit.c.eū qui.eo.ti.z.c.si beneficia.z.c. licet.ȳ.z p̄alle.cōsti.Jo.xxij.execrabilis.§.qui vero.qđ placet vt nō fit melioris cōditionis is qui p̄mittit sibi cōferri tertiū illicite q̄ si licite.d.c.eū qui.z hoc veri⁹ q̄ id qđ dixi p̄m gl.z Pau.ē. eo.ꝑ:alis nō posset iste diu tenere rem in pendenti:qr forte nō facile alis acceptaret tanq̄ volens,cū ipso qui forte potens erat litigare.Bet.de ancha.pro gl.z Pau.inducit qr non perficitur delictū ex sola attētatione.ff.de furt.vulgaris.§.qui furti.z hoc dicit q̄ per adeptionem tertij nō vacāt prima nisi requisitus ab ordinario dimittat tertium super hoc cōtendat.eo.ti.de multa. sed dic qđ hic nō cōsyderamus dictū sed iuris dispositionē que comparat hec duo q̄ habeat possessionem secundi,vel q̄ per eū stet.de elec.cōmissa.§.j.lib.vj.z sic stat quod predixi ad illud,an z quādo perficiat delictū per attētationem dic vt dixi de eo qui mit.in pos.c.j. ¶ Sexto oppo.ad hoc z ad literā:qr potest esse q̄ fructus tertij beneficij debebant̄ alicui.eo.ti.sup eo.z.c.si tibi cōcesso.lib.vj.glos.penul.soluit qđ tunc non vacabunt prima.z sic hec cle.intelligitur extra illos casus.z idem Pau.per hoc videtur q̄ toto tempore quo debebūtur fructus alteri,possit iste deliberare an velit dimittere tertium vt sic retineat prima,qđ est

verũ p dicta iura. ¶ †Quero q̃ dicat adeptio pacifica. Laud. pſequitur dicẽs nõ pacificã ſi fructus debebant ad tempus alteri. dic ꝙ tunc nõ dicitur adepta poſſeſſio[a] per. d. c. ſi tibi cõceſſo. ¶ †Secundo quero an officium executoris ſit finitum data tali poſſeſſione. dicit Laud. ꝙ ſic, cũ moderatione tamẽ. c. querẽti. de offi. deleg. deinde mutat opinionem dicens qs non eſt finitum officiũ donec habebit fructus quod eſt verius. ¶ Tertio quero ſi data fuit poſſeſſio eccleſie ſed contradicit in fructibus, q̃ negantur eſſe beneficij vel ex alia cauſa. dicit Laud. ꝙ ſi contradicitur reſpectu inſtitutiõis, cognitio ptinet ad executores: vt q̃ ea nõ valuiſſe: ſed ſi cõtradicit ex alia rõne, vt q̃ dicunt predia ex quib[b] pueniũt fructus illi nõ ſpectare ad bñficiũ non cognoſcẽt de hoc, cũ hec ſit queſtio ſeparata ab executione. pro hoc qs no. Jnno. de offi. deleg. in literis. & qs ibi dixi de preben. pro illorum. de conceſ. prebẽ. cum noſtris. ¶ †Quarto quero ſi lata fuit ſententia per executores cõtra quoſcunq; qui cõtradicerent: an durabit etiam poſt annum. quidã vt refert Laud. qs ſic ſi in reſcripto ſit clauſula, tuearis, inducta, vel ſimilis: al's nõ excedit annum. de offi. deleg. querẽti. Alij ꝙ indiſtincte expiret poſt annum ex quo pacificam poſſeſſionem eſt adeptus, ꝙ dicit Laud. hoc eſſe verius. & hoc tenui. de prebẽ. pro illorum. in. vĵ. q. per. d. c. querenti. qs loquitur indiſtincte, & ex priuilegio concedit delegato apoſtolico ꝙ poſt latam diffinitiuã vſq; ad annũ habeat poteſtatem: ergo non vltra. executor autẽ eſt delegatus.

de offi. delega. ſi ſuper gratia. lib. vĵ. ¶ †Quinto quero ſi is q̃ tenebat duas dignitates adipiſcitur tertiã de facto. dicit Laud. qs ꝓpter pluralitatẽ fit inhabilis ad alia beneficia, & illicite occupat fructus eorũ que habet & tenet reſtituere. de elec. dudũ. ĵ. & qs ibi no. pro hoc quod hic dicitur in glo. antepe. q̃ licet collatio tertij non valeat: facit tamen vacare ambo prima per. c. eum qui. eo. ti. lib. vĵ. ¶ †Sexto quero vt querit ℳatthe. an cõfirmatus[b] poſſit adminiſtrare ante inſtallationem, que queſtio nõ eſt impertinens. & dic qs ſic: q̃ inſtallatio nõ eſt de ſubſtãtia, ſed de ſolẽnitate: vt no. Jnno. de cauſa poſ. cum ſuper. & dic vt ibi dixi.

☞ ℳotus ꝓprius pape tollit ſurreptionem.

ℳotus ꝓprius quid operatur.

Clericus ſi habet poſſeſſionem ab eccleſia & adipiſcitur beneficium a papa ad ſui poſtulationem non facta mentione de illa poſſeſſione, an valeat.

Jmpetrãs ſi expreſſit beneficium primum ſed tacuit quod erat intruſus, an valeat impetratio.

S Jromanus. ℕot. qs nomine beneficij intelligitur de quocũq; vt hic iuncta gl. iĵ. & idem ℙau. ꝙ procedit quando exprimitur in diſpoſitiõe iuris cõmunis, vt hic: quia eſt fauorabilis & ampliãda. ff. de legi. nõ poſſunt. de cõſti. trãſlato. & c. ſi. ſecus in impetrationibus que ſunt odioſe & reſtringende. eo. ti. c. ſi. & c. q̃uis. ĵ. lib. vĵ. ¶ Secũdo nota de verbo declaramus[c], per qs nouũ ius nõ inducit. de hoc de iudi. decernimus. Ex hoc no. id qs dicit gl. pe. que facit differentiã inter corrigere & reprobare: q̃ corrigere eſt id qs aliq̃n tenuit trãſmutare. de cõſangui. non debet. ℙReprobare eſt q̃n nunq̃ tenuit. qs tene mẽti. ¶ †Tertio nota ꝙ ꝓprius motus tollit ſurreptionem in quibuſcunq; beneficijs & qualibuſcũq; qs dico vt in gl. vltima. Ex hoc not. nõ eſſe differẽtiã inter multitudinẽ & paucitatẽ, nec inter maiora & minora: qs eſt idẽ: quia eadẽ eſt ratio. attendimus enim in hoc voluntatẽ pape ad quã recurrẽdũ eſt. ſ. eo. cũ olim. de deci. ex multiplici. de verbo. ſig. dilecto. eo. ti. cũ in illis. lib. vĵ. cuius poteſtas magna. de tranſla. quanto. & ꝙ not. Jnno. de regula. porrectum. & dixi de elect. venerabilem. de iudi. nouit. qui fil. ſint legiti. per venerabilem. ver. rationibus. cuius ꝓprium motũ debemus interpretari vt ſit liberalis, & qs nõ varietur ex beneficiorũ pluralitate, ex quo ad nullius inſtantiã fuit motus. arg. ff. qs quiſq; iur. l. iĵ. in princ. al's autem inter multitudinem & paucitatẽ & inter ea que ſunt diuerſe qualitatis diuerſimode ius diſponit. de reſcript. ſedes. & ꝙ hoc habes rationẽ dubitãdi

gentia currit a die scientie cessante impedimento.de elec.c.fina.
2 de concess.preben.qz diuersitatem. ¶ †Secundo no.q impetrãti ad collationem episcopi prouidetur de beneficio ex negligentia episcopi ad papã deuoluto.z similiter prouidetur de beneficio spectante ad collationem capituli vel alterius deuoluto ad episcopum:z procedit hoc fm Joan.an.non tamen in deuolutione temporali,de qua hic:sed z fortius si ad aliquem sit facta deuolutio in perpetuum.pro hoc quod not.s.de rescrip.cle.vlt. in glo.vltima.z qs ibi dixi in septimo cõtrario. ¶ Tertio no.ex eo quod dixi in proximo notabili z ex litera q ad capitulum spectat quãdoqz collatio.qs intellige de iure speciali:qz de iure cõmuni spectat ad ep̃m.qs dixi de elec.cum ecclesia. ¶ Opp.quia per gratiam apostolicam afficitur beneficiũ,z ligantur manus ordinarij collatoris.j.titu.j.clemẽ.vnica.ergo non potest ab ep̃o post factam gratiam cũ sit impeditus legitime fieri deuolutio ad capitulum.Solu.hec cle.procedit quãdo beneficium non est affectum per gratiam:z quãdo afficiatur,dic vt not.de concess. preben.si soli.lib.vj.qs hodie raro euenit:quia dantur gratie in forma que afficit.j.titu.j.cle.vnica.z fic raro vel nunq̃ hodie locus est huic cle.z per illam cle.videtur etiam ex alio nõ esse hodie locũ huic cle.qz in forma de qua ibi mandat puideri de bñficio qs acceptauerit intra mẽsem a die note vacationis,quanq̃ ergo beneficiũ spectans ad collationẽ alterius deuoluat ad episcopũ:tamẽ nõ poterit executor prouidere,cũ nõ fuerit acceptatũ intra mẽsem:z dicit Gaspar.de cal.in repetitione huius cle. qs posset hoc teneri:qz tñ fm hoc hec cle.esset inutilis,cũ hodie cõiter apponat hec clausula.dicit secũdo q executor poterit cõferre etiã post mẽsem si nõ est alteri collatũ.z de hoc in dicta cle. §.secus.in glo.iste terminus.vel tertio,z melius,dicit q menfis non currit a tempore quo facta est ad episcopũ deuolutio:quia prius nõ cõprehẽdebatur hoc beneficiũ sub gratia:z impedito nõ currit tempus.de offi.ordi.pastoralis. ¶ Scõo opp.in eo qs dicit q mãdabatur puideri de beneficio ad cuiuscũqz ep̃i collationẽ:sed talis gratia est incerta,nec videt papã talẽ esse cõcessurum cũ noluit grauare multos.e.tit.cũ in illis.lib.vj.Sol.verbũ cuiuscunqz ep̃i,refert ad pluralitatẽ gratiarũ.simile de priui.vt priuilegia.z dic ep̃i,in gratia nominati:si tñ papa 2cederet sub predicta generalitate valeret:ex quo contrarium nõ est iure expressum.sicut qñ mandat puideri in puincia vel regno.eo.titu. Quis.lib.vj. ¶ Tertio opp.q Quis collatio beneficij sit deuoluta de ep̃o ad capitulũ,nihilominus possit executor cõferre.sufficit enim q cõstet de intentione pape q puideri voluit de beneficio de quo mandat.nec variatio collatoris debet vitiare ex quo de corpore constat.de testi.licet ex quadã.Sol.Stepha.q hic loquitur qñ mãdatur puideri de bñficio in genere:secus si de certo beneficio:qz tunc falsa demonstratio nõ vitiaret.ff.de cõdi.z demon.l.falsa demonstratio.de cõsang.z affi.qz circa.Idẽ Jo. and.Ego puto qs idẽ si de certo bñficio,ex quo adiecit ad collationẽ talis ep̃i:qz verba ista restringũt gratiã.nec põt dici q voluerit grauare capitulũ.eo.tit.cũ in illis.lib.vj.z ideo videt gratia cõditionalis vt puidere possit donec beneficiũ ad collationẽ ep̃i spectabit.z ex hoc apparet que est ratio huius cle.vt seruet forma mãdati.de rescrip.cũ dilecta. ¶ Quero qui includant in verbo,quibuscũqz.glo.ij.solùit q exempti z nõ ex̃pti,z superiores ep̃is.idem Pau.dicit q etiã includunt inferiores cũ eadem sit ratio. ¶ Oppo.ad hoc q exempti nõ includant.de offi.ordi. graue.de priuile.ex parte.ij.Benze.dicit qs fortiter obstant,nõ tñ soluit.Dic qs.c.graue.loquit̃ qñ scribit ordinario excitando suũ officium:ideo nõ mirũ si nõ includantur exempti.de offi.ordi.licet.hic autẽ loquitur qñ noua datur potestas executori:vel ipsi ordinario scribitur nõ excitando suũ officiũ:sed cõstituẽdo ipsum legatũ:vt dicit gl.iij.quã no.z pro hoc qs not.de rescrip. abbatẽ.z.c.si ppter.li.vj.Ad.c.ex parte.dic q nõ facit:qz ibi solum dicit q receptus sub protectione pape nõ cẽsetur exemptus. ¶ Scõo q̃ro an locum habeat hec cle.qñ ex delicto ep̃i facta est deuolutio ad capitulũ.gl.iij.dicit q sic.z idem Pau.quia eadẽ est ratio sicut quando ex negligentia fit deuolutio. ¶ Opp.ad hoc quia ex delicto collatoris non fit deuolutio nisi ad papã.de elect.bone.j.ad fi.de concess.preben.qz diuersitatẽ.glos.eadẽ pro solutione remittit.Ad atth.refert qs no.Jnno.in.d.c.qz diuersitatem.vbi dicit qs deuolutio de episcopo ad capitulũ nõ fit nisi vbi iure hoc cauetur:dicẽs q nõ inuenitur iure cautũ q ex culpa episcopi vel archiepiscopi in cõferendo fiat deuolutio ad capitulũ.p hoc de sup.negl.pla.c.j.lib.vj.Ad atth.tñ hoc reprobat per.c.vnicum.ne se.vacã.lib.vj.z ibi not.qs dicit expressius.j.de sta.mona.cle.j.§.abbate.pro hoc etiã facit de elec.cũ in cunctis. §.clerici.in fi.vbi loquitur de ep̃o qui ppter delictũ priuatur potestate cõferendi:z tamẽ ibi fit ad capitulũ deuolutio.Adibi tñ placet dictũ Jnno.qs etiã tenui in.d.c.qz diuersitatẽ.in vltimo cõtrario.nã regula est q cũ quis priuatur iure cõferendi vel eligendi supplet solus papa.de elec.bone.j.in fi.z.c.quãq̃.lib.vj.z d.c.qz diuersitatem.si qui ergo casus inueniũtur in quibus fiat deuolutio ad inferiorẽ,speciales sunt z eis standũ est in suis terminis.z per hoc respondeo ad.d.c.cũ in cũctis.z ad.c.vnicũ.ne se.va.z ad.d.cle.j.§.abbate.qz locũ habẽt in suis casibus tantũ, z in terminis quibus loquũtur vt cõcordẽt iura inribus.de ele. cum expediat.lib.vj.dic tamen quo ad hanc cle.non expedit instare.nã questio premissa pcedit presupposito q propter delictũ fiat deuolutio,quod esse potest vt in dictis casibus specialibus. ¶ Tertio quero si ex cõmissione episcopi capitulũ vel alius habeat cõferre.gl.iij.soluit qs tũc executor cõferre poterit.Ratio diuersitatis inter hũc casum z casum de quo in pxima q̃stione: qz cõmissarius cõfert iure cõmittentis,nõ ppio.de rescrip.si diligenti.z qs not.de consti.c.fi.sed is ad quẽ fit deuolutio siue ex negligẽtia siue ex delicto cõfert suo proprio nomine.idẽ Pau.z
3 Benze. ¶ †Quarto quero an negligẽtia executoris noceat impetranti,ita qs si non contulit intra sex menses postea conferre non possit.glos.in verbo,episcopi.dicit q non,cum distinctione tamen:qz aut executor prouidere potest ad cuiuscunqz collationem:z tunc non currit sibi semestre,sed si ad collationem certe psone durat ei⁹ potestas solũ donec durat potestas collatoris. z idẽ Pau.pro hoc fm Benze.qz vltimo casu lapso tẽpore aut vult conferre tanq̃ spectans ad collationem primi,z amplius non potest cum non spectet aut tanq̃ spectans ad collationem eius ad quem facta fuit deuolutio,z non potest:qz de hoc non recipit mãdatum,nec debet grauari non expressus in rescripto. eo.titu.cum in illis.Itẽ per hoc preiudicaretur iuri quesito tertio,qs sibi auferri non debet.arg.s.de elect.cle.constitutionẽ.§. insuper.regula,indultum.lib.vj.hec dicit procedere nisi per totam negligentias collatio tranferit qs ad papam sit deuoluta:tunc enim executor conferre potest:vt hic.in fin.quod vltimum dicit etiã glo.z fic medio tẽpore dormitare dicitur potestas talis executoris.que no.ex his infert Lap.in.c.ij.de cõcess.preben.q hec gl.dicit locum habere in ordinarijs collatoribus,locum etiam habet in alio executore q̃ pape.Item etiã in executore pape dato ad prouidendũ de beneficio certe persone spectante ad collationẽ alicuius specialis expresse,maxime negligẽte illo cui prouideri mandatur z executor:secus si executor tantum fit negligẽs.ad hoc de rescrip.tibi qui.ver.in predictis.eo.tit.si clericus.
4 lib.vj. ¶ †Quinto quero an legato apostolico[a] currat tempus
a semestre.d.c.ij.dicit Lap.qs sic,cũ sit ordinarius.de offi.lega.c. ij.lib.vj poterit tamẽ conferre quousqz conferre potest quilibet sue legationis,siue iure proprio,siue deuolutorsed postq̃ deuoluta fuerit collatio ad prelatũ,extra suam legationem conferre nõ poterit quousqz fit facta deuolutio ad papã:vt satis probat hec cle. ¶ Oppo.ad hoc quia legatus non habet aliquem superiorem nisi papam:sibi ergo non potest currere tempus dicti.c. ij.nam legatus etiam deuoluta ad papam cõferre potest.de offi.leg.c.j.lib.vj.Sol.dictum Lap.procedere potest habito respectu ad collationẽ quam facit legatus concurrẽs cum collationes spectãte ad inferiores sue legationis:sed habito respectu ad collationem quam specialiter facit ipse,non videtur procedere: quia ab ipso nõ posset deuolui nisi ad papã:z hac deuolutione facta adhuc cõferre potest,vt predixi:vnde sibi ppie nõ currit tempus.z possumus comparare legatũ executori dato ad prouidẽdum de beneficio ad cuiuscunqz collationem spectante cui tempus nõ currit:vt predixi in proxima questione.z hoc respectu videt q nunq̃ fit locus dicto Lap.Sed dic q potius potest comparari legatus executori dato ad conferẽdum beneficium spectans ad collationẽ alicuius seu aliquorum,cum non possit cõferre beneficia nisi intra suam legationẽ existẽtia.de offi.le.in prin.lib.vj.z talis potestas nõ impedit quin ab inferioribus collatoribus fiat deuolutio propter negligentiã ad superiores etiã existẽtes extra legationem,quo casu euenienti cessat legati potestas sicut hic executoris:z per hoc saluatur dictũ Lap. ¶ Sexto quero si tẽpore date collatio deuoluta erat ad capitulũ,an pcedat hec cle.gl.in verbo,existit.q non.Dic q licet nõ habeat locũ ratio huius litere,habet tñ locũ eius dispositio:qz executor qui datus erat ad prouidẽdũ de beneficio spectãte ad collationem episcopi nõ potest puidere de eo q spectat ad capitulũ ante datam literarũ,sed qñ post datam videbatur data attẽdẽda, ita q non obstãte deuolutione possit executor cõferre:cuius cõtrariũ hic decidit:qz nõ intẽdit papa grauare nisi ex̃pssos in literis.z hoc psequere vt in gl.Ex qua not.q lz qs cõferat bñficiũ iure deuolutortamẽ cõferre dicitur iure proprio,qs facit ad multa:sed specialiter ad id quod dicit glos.sequens quod dico j.q.x. ¶ Oppo.ad predicta qs quando tempore date spectabat ad ep̃m licet postea deuoluatur ad capitulũ,adhuc possit executor conferre:quia beneficium fuit affectum.de rescript.tibi qui. lib.vj.Sol.vt dixi in primo cõtrario:qz hec cle.procedit quando beneficiũ non fuit affectum z hodie raro habet practicã,vt dixi ibi. ¶ †Septimo quero si eligens vel presentans ius suum post
5

a ¶ An legato apostolico. Adde doc.in.c.ij.de cõcess.preben.

datam rescripti donat episcopo. ¶Bau. disputando terminauit, q̃ nõ poterit executor conferre siue episcopus habeat primo eligere & postea confirmare: siue habeat cõferre: nam primo casu planũ est q̃ beneficiũ nõ dicit̃ spectare ad collationẽ episcopi: & sic in rescripto nõ includitur. scõo etiã casu est ratio: q̃ collatio talis quo ad eꝑm est de nouo creata: ergo non includitur. de rescrip. cle. literas. dz enim attendi primus modus pulsionis qui erat p̃ viã electionis vel p̃sentatiõis. facit. s. e. cle. j. ad fi. ibi ꝙsuevit p̃ electionẽ assumi. pro hoc etiã. eo. titu. cũ de beneficio. lib. vj. ¶Op. ad hoc q̃ verba rescripti nõ dicũt de bñficio cuius collatio de cõsuetudine spectat ad eꝑm. vnde sicut executor potest cõferre bñficiũ cuius collatio est devoluta ad eꝑm, vt hic: ita etiã hec. nã etiã in devolutione posset fieri ratio predicta: q̃ si devolutio facta fuit post datã quo ad eꝑm: vel collatio de nouo creata. Sol. lz dictũ ¶Bau. fit subtile, ñ obiectio est fortissima. & p̃ dicto ¶Bau. facit q̃ cũ mãdatur p̃uideri de beneficio spectãte ad eꝑm videt̃ intelligendũ de eo q̃ spectat de iure cõi non ex p̃uilegio vel alio iure speciali cui non intẽdit papa p̃eiudicare nisi exprimat. de cõsti. c. j. lib. vj. & ad cõtrarium dic q̃ aliud q̃n per devolutionẽ: q̃ tũc de iure cõi: aliud q̃n per donationem: quia tunc de iure speciali spectat ad eꝑm collatio. & de hoc etiã. j. q. x.

6. ¶†Octauo quero si episcopus bñficiũ spectãs ad sui collationem post datam donauit alteri. ¶Bau. in eadẽ questione tenuit q̃ executor possit de tali p̃uideri: q̃ rescriptũ & executoris factũ afficit beneficium anteq̃ vacet. de rescrip. si eo tempore. & c. tibi qui. lib. vj. & de concess. p̃eben. executor. cum duobus. c. sequen. lib. vj. & sic transiuit ad donatariũ cum suo onere. & hoc durãte tempore quo episcopus conferre potuisset: nõ eñ potuit eꝑs potestatẽ collatiõis in p̃eiudiciũ executoris in aliũ transferre, licet transferri possit beneficiũ iure ꝓprietatis. de reli. do. q̃ monasterium. ſm ¶Bau. qs cõtra dictũ ¶Bau. q̃ ibi dicitur qs beneficium vnitũ beneficio alterius diocesis non definit esse sub potestate primi episcopi: sed dic qs ¶Bau. intendit hoc solũ: q̃ per rescriptum impeditur episcopus transferre in aliam potestatẽ cõferendi ita qs si transfert in effectu, non dicitur aliquid translatum: quia nõ poterat donatarius conferre, sed executor: q̃n vero fit translatio iure ꝓprietatis: licet non p̃eiudicet ei cui ius erat acquisitũ: non tenet. d. c. quia monasterium. pro hoc qs dixi de excessi. p̃ela. ficut. ¶Oppo. ad hoc quia etiã quo ad collationem potest episcopus transferre in alium anteq̃ beneficium fit affectũ, nec afficitur ex sola gratia nisi aliud interueniat. de concess. p̃eb. si soli. lib. vj. Solvit Lap. intelligendo dictũ ¶Bau. quando beneficium est affectum: alꝫs secus. facit de rescript. tibi qui. de elec. si eo tẽpore. de p̃eben. si beneficia. c. quodam. de concess. p̃eben. executor. & c. si capitulo. lib. vj. per ꝓallegatũ. c. si soli.

7. ¶†Nono quero an sicut fit devolutio ad capitulũ ex negligentia episcopi, ita etiã fiat ex negligentia alterius inferioris prelati ad suum capitulum. dicit Laudu. q̃ non, nisi aliud fit de iure speciali. sed fit devolutio ad episcopum quod sentit hec litera. in ver. licet. ibi, vel alterius cuiuscũq̃ ꝓ hoc. s. de sup. negli. p̃e. cle. quia regulares. ¶Oppo. ad hoc de testi. relatum. ij. Laud. formar & non soluit. dic q̃ ibi loquitur in alio casu. s. quo ad dividendũ bona prelati que acquisita sunt: ideo ibi applicant̃ collegio, de quo tamen dic vt ibi nota.

8. ¶†Decimo quero si scribitur ad collationem episcopi an ꝓuideri potest de beneficio spectante ad electionem inferioris & confirmationẽ episcopi facta devolutione ad episcopũ. gl. in verbo, capituli. licet non firmet, tamẽ videtur tenere qs non: q̃ debet intelligi gratia de bñficio consueto reformari per collationem. pro hoc quod dixi. s. q. vij. Ben. dicit hoc procedere si dicimus q̃ ad eꝑm devoluatur electio: secus si dicimus qs ꝓuisio. & de hoc de elec. ne pro defectu. Lap. dicit qs si ad episcopum spectabat confirmatio & ad capitulũ electio, poterit executor de illo prouidere. si autẽ confirmatio spectabat ad alium cuius negligentiã habet episcopus supplere: secus. ratio: quia in primo casu eꝑs confert: in scõo eligit. facit de iure pat. c. vnico. §. verũ. lib. vj. de elec. si cõpromissarius. j. respon, & c. si postq̃. §. vlti. & quod not. de elec. ne pro defectu. & dic vt dico. j. e. q. in fi. ad pleniorem tamen intellectum videtur distinguẽdum ſm Lap. q̃ aut collatio beneficij de quo mandatur prouideri ſm formam huius. c. spectat tempore date & collationis ad episcopũ: aut tempore date tãtum: aut tempore collationis tantum: aut neutro tempore. primo casu potest per executorem cõferri. Idem in secũdo quando ex negligẽtia episcopi & aliorum in hoc ibi succedentium est devoluta collatio ad papã: qs dicunt aliqui verum quando collatio spectat ad episcopum iure principali non iure devoluto: qs vltimũ videtur hic reprobari. nam & quando spectat iure devoluto ipse cõfert iure ꝓprio: vt dicit gl. in verbo, existit. vt dixi. s. q. vj. Tertio casu dicit Lap. idem si ad illũ a quo ad episcopum peruenit, spectat collatio. secus si electio vel p̃sentatio: q̃ tunc collatio quo ad episcopum est creata de nouo, pro hoc qs dixi ſm Bau. s. q. vij. & dic qs hoc procedit vt ibi dixi quãdo iure speciali peruenit: secus si de iure cõmuni. & hoc tertio casu dicit Lap. qs si post datam & postq̃ collatio est ad papam devoluta deuenit ad eꝑm ꝓprietas vel collatio beneficij, & sic spectat ad episcopũ pro nũc collatio beneficij saltẽ habitu & eo reformato per papã spectabit habitu & actu, nõ potest executor conferre: licet videretur aliter dicendum ſm id qs dixi. s. q. vij. & per ea que ibi dixi. dic qs executor non potest hoc casu conferre: cũ de iure speciali ad episcopũ spectet. Quarto casu non potest executor conferre. ¶Opp. ad secundũ casum qs quãdo tẽpore date tantũ spectat ad episcopũ non possit ab eo devoluti: q̃ nõ potest episcopus dici negligens cum impediatur. de concess. p̃eben. quia diuersitatẽ. dicit Lap. q̃ tẽpus currit executori in tantum q̃ conferre debet intra tempus intra q̃ debuisset episcopus conferre: licet ipsi episcopo tẽpus non currat. vnde lapso tempore non potest executor cõferre, sed episcopus confert ac si non esset executor: & si negligens, devolueretur ad alium collatio. arg. eo. titu. si clericus. lib. vj. & de hoc per Lap. j. titu. j. cle. vnica. §. secus. vbi dico. q. x. qs not. quia pulchrũ dictum est. Sed non videtur verũ: q̃ ex quo executor potest conferre beneficium spectans ad collationẽ quousq̃ spectabit ad episcopum, durant verba gratie, q̃ magis placet: vnde vt dixi. s. in primo cõtrario, clemẽ. ista procedit quãdo per rescriptum non fuit affectum beneficium. ¶Oppo. ad tertium casum: q̃ in literis debet attendi tempus date. de rescrip. eã te. & c. si eo tẽpore. li. vj. & cle. literas. & bene facit de priui. cũ capel. & qs ibi no. & de cẽsi. cle. cũ sit. extrauagãs Jo. xxij. sedes apostolica. Lapus soluit stãdo contrario. dic sufficere qs anteq̃ cõferat beneficiũ reperiatur spectare ad collationem episcopi dũmodo de iure cõmuni ad eum spectet & non fit beneficiũ de nouo creatũ. qs probat litera hic in ver. lz. in eo qs generaliter loquit̃. pro hoc qs dixi. s. q. vij. ¶Opp. ad p̃dicta & ad id qs dicit glo. in eo q̃ dixit executorem non posse conferre beneficium devolutũ ad episcopũ in quo primo gradu assumebatur quis per electionẽ. nam ex quo facta est devolutio ad episcopum: potest episcopus vno actu se expedire & conferre: cũ hoc facit iure ꝓprio: vt sentit gl. in verbo, existit. & ita dixi de elect. ne pro defectu. & sic verũ est dicere qs ad episcopum spectat collatio, qs sufficit: vt hic in verbo, licet. Solu. vt dixi. s. ea. q. ſm Lap. contrarium procedit si ad ipsum episcopum spectabat cõfirmatio. si autem ad alium spectaret ita qs ad episcopum devolutum foret solum ius eligẽdi, verum est quod dicit glos. pro hoc inducunt aliqui. de ver. signi. clemen. exiui. §. ceterum. vbi dicitur qs per negligentiã capituli habentis eligere ministrum specialẽ devoluitur prouisio ad ministrum generalem: & sic licet beneficiũ primo reformaretur per electionem, tamẽ post devolutionem reformabitur per pulsionẽ: & sic executor poterit cõferre. & hoc tenet Baspar. de cal. in repetitione huius cle. & ideo ¶Bet. de ancha. melius tamẽ videtur q̃ etiã si ad episcopũ spectet confirmatio tantum (quia non est verũ dicere q̃ beneficium spectet ad collationẽ eꝑi) non comprehẽditur: licet enim episcopus possit expedire vno actu: ille tñ habet vim duorũ. s. electionis & cõfirmationis vt attẽdat originalis natura beneficij, pro hoc qs dixi. s. eo. in prin. & precipue vt restringatur gratia apostolica in eo q̃ granat ordinariũ collatorẽ. eo. tit. q̃uis. j. lib. vj. ad cle. exiui. §. ceterũ. dic q̃ dicitur devolui prouisio: q̃ põt se vnico actu expedire, vt nũc dixi ea. q.

9. sed dz attendi natura originalis: vt dixi. ¶†Undecimo q̃ro de intellectu vbi cuiuscũq̃. glo. soluit exponẽdo q̃ p̃ quotcũq̃ gradus devenerit ad eꝑm cõferret executor. ¶Op. ad hoc q̃ deberet saltẽ req̃ri q̃ primus collator fuerit talis q̃ potuerit gravari per executorẽ, per id qs hic dicit̃ in gl. penul. que dicit q̃ cũ scribitur ad collationẽ epi non cõferret executor beneficiũ spectãs ad collationẽ decani licet devolutum sit ad eꝑm & deinde ad papã. Sol. eo ipso q̃ bñficiũ devolutũ est ad eꝑm, verũ est dicere qs spectat ad collationẽ epi: ideo executor põt illud conferre cũ habeat potestatẽ p̃uidẽdi de beneficio ad collationẽ episcopi spectãte. Sed q̃n beneficiũ spectans ad collationem decani devoluitur ad episcopum, & deinde ad papam: non est verum dicere qs si beneficium spectans ad collationem episcopi ideo non venit sub gratia. & hoc etiã tenent ¶Bau. & Benz. qs etiam probatur in litera que tunc tantũ permittit executorẽ conferre beneficium devolutum ad papã, q̃n devolutum est ex negligentia eꝑi & aliorũ in hoc eidẽ succedẽtiũ. & de hoc in gl. in verbo, ad nos. & in ea ibi, litera. Dy. in regula. j. lib. vj. ibi gratiã specialem. dicit Lau. de pinu qs q̃n ordinarius confert beneficia non debet dicere, facientes gratiam specialẽ: quia ad hoc tenetur: sed q̃n papa cõfert vel cõferri mãdat, secus. facit enim gratiam: q̃ preiudicat ordinario collatori. Dic qs etiam ordinarius facit gratiã in ius dando. de p̃eben. relatum. vbi de hoc: ibi, mirabilis solu-

10. tio. & reprobat̃ in dicta regula. ¶†Duodecimo quero si beneficium spectat ad collationẽ pape nõ iure devoluto sed ꝓprio, vt q̃ vacauit in curia. gl. in verbo, ad nos. dicit q̃ executor nõ conferat. & idem

fert.z idē ¶Bau.z Bēze.z vltra rationē posita in glo.dicit qđ est ratio:qz papa scribēdo voluit grauare collatorē certū vel incertū z sibi auferre collationē suā liberā. secus in deuoluto in quo fit preiudiciū ēpo a quo deuoluit. ¶Op.ad hoc vltimū: qz non pōt negari quin fiat preiudiciū pape etiā in deuoluto cum cōferat iure proprio: vnde nō deberet comprehendi papa ex quo de ipo nō est facta mētio: cū rescripta bñficialia sint restringenda. eo.ti.q̄uis.j.lib.vj.Sol. ¶Matth.q̄ large interpretamur in preiudiciū cōcedentis. de dona.cū dilect⁹.z ad.c.q̄uis. dic q̄ loquit respectu p̄iudicij alterius tertij. z in hoc nota hāc cle.nā de rigore videretur q̄ sicut non potest conferri beneficiū deuolutū de episcopo ad capitulū: ita nec deuolutum de episcopo ad papā: cū vtroqz casu verū sit dicere q̄ nō spectat ad collationē episcopi post factam deuolutionē.ratio vero decisionis est:qz nisi esset stricta interpretatio que fit in literis beneficialibus possit executor cōferre id qđ deuolutum foret de episcopo ad capitulū post datam: quia quo ad efficaciam literarum attendimus datam. nec deberet hec variatio secuta impedire collationem executoris. Sed ratio decidendi contrarium est ne grauetur capitulū: quod non fuit expressum in literis.eo.tit.cū in illis.lib.vj.que ratio cessat quando deuolutio facta est ad papam qui non potest esse grauatus a seipso. ¶Decimotertio quero in eo q̄ exprimit tria tēpora. ¶Primū quādo collatio spectat ad episcopū. Secundo quando ad succedentes ei. Tertiū quando ad papam. an locus est in omnibus tribus isti clemen.glo.vlti.soluit. z de succedentibus dic q̄ sunt hi qui sunt medij inter episcopū et papam. Laud.exēplificat in archiepiscopo vel patriarcha. ¶Opp.ad hoc de patriarcha q̄ immediate de archiepiscopo fiat deuolutio ad papā.de sup.neg.prela.licet.ar.lj.di.c.fi.in fine.xxiij.qō.j. pudenda. Laud.z Bē.stant cōtrario.dic cōtra per dictum.c.licet.vbi a contrario probatur q̄ si archiepiscopus haberet superiorem citra papam ad illum z non ad papam fieret deuolutio. z alia duo iura preallegata nihil faciunt.

1 ☞ Archidiaconatus est dignitas.
2 Canonicatus vnde oritur.
3 Canonicatus an sit ius perpetuum.
4 Canonicat⁹ q̄ possit conferri sine aliqua vacatione,que est rō.
5 Canonicus sine prebenda,an habeat vocem in capitulo.
6 Canoniam quis dare possit.
7 Quot possunt recipi in canonicos sub expectatione prebende.
8 Canonicus receptus vltra numerum si postea vacat prebenda que sibi confertur,an assequatur nouum canonicatum.
9 Canonici eligentes canonicum vltra numerum an renuncient.
10 Prebenda quid est.
11 Prebenda vnde dicitur.
12 Prebende fructus an sint prebendati.z vnde dicatur prebēda.
13 Prebendatus an possit agere pro probēda contra canonicum.
14 Prebenda z canonia qualiter differunt.
15 Canonicorum numerus quare potest augeri,z nō prebēdarū.
16 Acceptationi beneficij si adijcitur tēpus,an poterit postea acceptare.
17 Papa si contulit canonicatum,mandatqz prouideri de preben da quam acceptauerit intra mensem:an si non acceptat intra mensem poterit postea conferri.
18 Et an per ordinarium possit ei conferri.
19 Archidiaconatus vacat cum prebenda:expectās hoc,sciēs acceptat illam prebendam:an possit postea acceptare archidiaconatum.
20 Expectans si adeptus fuit dignitatem z prebēdam expectat: si prebēda vacat dignitati annexa,an poterit hāc acceptare dimissa prima dignitate.
21 Quid si dignitas esset accessoria prebende.
Adde ad idem nu.22.
23 Numerus certus canonicorum z prebēdarum est firmatus iuramento in ecclesia:an prebenda que vacat per assecutionē dignitatis poterit conferri per capitulum.
24 Papa si mandat prouideri de dignitate cum canonicatu atqz prebenda:an impetrans possit habere canonicatū z prebēdam vacantem dato q̄ dignitas non vacet.

30 tur. Addequod imo appellatione beneficij largo modo venit papatus. text. in c. ex male. ꝛ dicit do. in. c. si pro clericis pauperibus. de preben. lib. vj. ꝙ verbū beneficij cōprehendit etiā dignitates. ꝛ allegat glo. in. d. c. j. De maledicis.

tum in dispositione iuris cõprehẽdit omne beneficiũ cuiuscũq; qualitatis. de verb.signi tua. secus in dispositionib⁹ restringibilib⁹.ſ.de prebẽ.c.fi.z.e.ti. q̃uis.ſ.c.cũ in illis.lib.vj. ¶ †Secundo quero an in decimis,de quibus hic,habeat locũ clemẽ.de iudi. dispendiosam. Videtur q̃ sic: q; de illis ponitur in hac rubrica de decimis.z hoc argumentũ colligit ex glos.ſ.ibi, z not.q̃ pro hoc q3 not.de elec.cũ monasteriũ.in glos.q̃ de hoc remittit ea. glos.ad no.in.d.cle.dispendiosam.in verbo,decimis.z ibi tenet q̃ nõ.Steph.hic cõtra:nam sicut decima que a laicis soluit̃ clericis est de iure diuino:sic z illa que debeb̃ pape.nã etiã in lege veteri precipit̃ leuitis vt decimã dent summo sacerdoti.dictat enim ratio naturalis vt ei qui habet curã circa publicũ statum proui deat̃ vnde id possit exequi.de hoc Numeri.xviij.z facit de decimis.c.ſ. In decima tamẽ que debeb̃ ex voto, fateb̃ Stepha. nõ esse locũ illi cle.dispẽdiosam.z de hoc.ff.de polli.l.q̃ §.ſi decimam. Mihi placet opi.glos.quia cle.dispendiosam,loquit̃ de decimis de iure cõmuni debitis z que sunt certe z ppetue.decima autẽ papalis videb̃ habere nouam naturã per extrauagantes nouas super ea promulgatas de quibus in hac glos.nec est omnino certa ita q̃ sit decima fructuũ benefic̃h:prout dicit̃.ſ.e. cle.in glos.in quibusdã. ¶ Tertio quero de quinq; de quibus querit eadẽ glos.ibi,item per hoc.vsq; in fi.Solu.vt in glos.z in ea ibi,vsus infirmorũ.dicit Lap.per hec verba ex quibus excipiuntur reditus hospitaliũ: cum expendunt̃ in vsus infirmorũ vel pauperũ se consuluisse q̃ de eo q3 superfluit vltra hos vsus etiã decima debeat̃.Dic melius q̃ debet expendi in vsus aliorũ pauperũ,vel cõseruari ad superuenientiã maioris numeri pauperum ex quo fic fuerunt reditus deputati.de religio.domi.q; cõtingit.ibi,declarationes.de quib⁹ not.de verb.fig.c.fi.lib.vi. ibi,dñs noster.Joã.xxij.quia has eõstitutiones publicauit.z in fin.simile argumen.not.de rescrip.ſi propter.lib.vi. ¶ Quarto quero in eo q̃ in tex.dicit.cuiuis.in quibus personis locum habeat glos.q̃.intelligit generaliter,siue enim sit persona ecclesiastica siue secularis illa cui fit cõcessio.Et sic fateb̃ decimas posse cõcedi laicis per papam.z idem Pau.z potest esse causa iusta: quia cõcedit̃ in subsidiũ terre sancte.de vo.c.fi.de iude.ad liberandã.z q̃ papa possit cõcedere spiritualia laicis,nota.de elec. sicut.de iudi.decernimus.hoc tamẽ casu non solet fieri cõcessio perpetua,sed temporalis: vt dicit glos.in verbo,ad tps.Si aũt cõtingeret q̃ in perpetuum fieret concessio:dicunt aliqui q̃ nõ attenderetur taxatio,sed intelligerẽtur cõcesse decime integraliter.i.decima pars fructuum.nec esset locus huic cle.quod nõ placet.Nec istud verbum,ad tps,ponitur in tex.nisi ad significationem curiam solitã esse concedere tm̃ ad tempus.nam ista cõsuetudo debet attendi quo ad perpetuã cõcessionẽ sicut quo ad temporalẽ.Item hic loquit̃ de decima papali que concedit̃ alicui:que est decima extraordinaria z nõ certificata de iure.vt dixi.ſ.q.ij.quia alʒ clerici a clericis decimã non exigunt.eo.tit. nouum genus.q3 tamẽ dic vt ibi dixi.certificatur autem talis decima per taxationem:vt hiciergo indistincte standum cõsuete taxationi. ¶ †Quinto quero in eo q̃ dicit de taxatione quis fecit hãc taxationẽ.Solutio facta fuit de mãdato pape in quibusdam locis.q3 prosequere vt in glos.in quibusdam Et idem Pau.qui vltra gl.ponit declarationes quasdã quas fecit Bonifacius.viij.super modo soluẽdi papalẽ decimã: de quib⁹ declarationibus.ſ.in glos.i.Et not.finẽ huius glos.in quibusdã. in eo q̃ dicit de decima papali sumptus deduci factos pro fructibus habendis.facit enim hoc ad id q3 dixi ſ.q.ij.q̃ hec non sit decima regularis.ſi enim esset regularis,fieret solutio fm fructus perceptos.nõ autem fm aliquam taxationẽ eo.tit.cũ sint. z.c.pastoralis.quod dicit Pau.verum nisi cõpositio inter personas inter quas posset interuenire, aliud induceret:eo.titu.ex multiplici.quod dic vt not.de reb.eccle.non alie.z.ſ.de rerum permu.c.fi.in quo dicit Pau.q̃ cum laicis pro futuris decimis nõ potest fieri cõpositio:vt ibi no.z probatur.xvj.q.vj.omnes. decime.z hoc nisi laico ex feudo antiquo debeanť decime:quia tunc in suum preiudiciũ componere potest de futuris:quia videtur cõponere de fructibus,nõ de iure spirituali.arg.de loca. c.ij. Idem dicit Pau.in decimis pacto vel cõsuetudine acquisitis que eodem modo tolli possunt in totum vel in partẽ, sicut induxi de reg.iur.c.ſ.quod procedit fm eum etiam in procurationib⁹ z alijs debitis puilegio,cõsuetudine,vel pacto, vel primeua institutione.xviij.q.ij.Eleutherius.de censi.quanto.z.c. venerabili.vult dicere q̃ talia possunt pacto immutari.Ex his infert quo ad casum huius cle.q̃ si laico concesse sunt decime: fm hanc formã: potest interuenire compositio: q; priuilegium tale cõceditur intuitu priuilegiati: cui renunciare potest tacite z expresse.de pscri.cum olim.z.c.veniẽs. de priui.ſi de terra accedentibus.cum olim.de pact.c.ſ.lib.vj.secus ſi priuilegiũ tangeret ius concedentis in cuius preiudicium non posset priuilegiatus renunciare.de arbi.cum tempore.xxv.q.ij.postq̃.de do. inter dilectos.Et circa predicta refert Pau.opi.Host̃i.qui in hoc.c.statuimus.de transac.voluit dicere q̃ etiã cum laicis potest cõponi super decimis futuris.quod ſi esset verum,premissa essent minus dubia:sed tenetur cõtrarium in.d.c.fin.de rerum permu.z.d.c.vt super. ¶ †Sexto q3 ſi papa mandat alicui prouidere de beneficio vsq; ad summã centũ lib.turoſi.ad taxationem decime:an inspicietur consuetudo illarum partium in taxatione.Glos.hic iunge.dicit q̃ sic.pro hoc extrauagans suscepti.Joan.xxij. ¶ †Septimo quero quãdo dicetur taxatio consueta.dicit Laud.q̃ quãdo cõsuetudo pscripta est: vt quia per xl.annos.sic fuit obseruatum:tunc enim quantũcunq; reditus illius beneficij postea fint augmentati:non mutabitur taxatio. z sic vt ipse dicit, fit quasi in omnibus partibus Grãcie.vel fm eum potest intelligi consueta etiam vbi est cõsuetudo q̃ de anno in annũ mutetur prout plus vel minus valent beneficia.sic dicit fieri in Cathalona vbi a tempore Clementis.v.talis decima fuit introducta in magnum detrimẽtum beneficiorum vbi rara vel valde onerata habent beneficia.Quidam tamen collectores:vt refert Laud.faciũt beneficiatos in primo anno collationis iurare super cõmuni,z iuxta taxationem:z illam postea nõ immutant.ſi cõtigerit q̃ beneficium fiat maioris summe.z de tali variatione dicit Laud.q̃ est pretiosa propter sentẽtias excõmunicationis,supple que ferũtur per processus. ¶ †Octauo quero ſi collector inuenit aliquod beneficiũ taxatum circa xl.annos an stabit taxationi. videtur q̃ nõ: quia non pot̃est dici consueta.de preben.cum de beneficio.li.vj.de cõsue.c.fi.dicit Laud.q̃ ſi in partibus illis cõsuetum est stari taxationi per aliquos annos, licet pauciores.xl. poterit stare collator ſi volet: alʒ poterit taxare prout fructus erũt vberiores vel rari. Sed ſi p.xl.annos fuisset obseruata tunc ab illa nõ recedeb̃. ¶ †Nono q3 eo casu quo debet fieri taxatio qualiter fiet[a].credit Laud. q̃ iurabit ille ad quẽ spectat fructuũ perceptio z qui habet decimam soluere quãto potuerunt valere fructus illius anni:z stabitur iuramẽto nisi probari possit maior valor:z sic hoc casu iuramentũ precedit taxationẽ,alibi ecõuerso.quod metus causa. c.fi.quod est,quia hic iurat vt testis:ibi vt principalis. ¶ †Decimo quero ſi sunt duo prelati[b] in vna ecclesia parochiali, puta patronus,clericus,z vicarius qui ex antiqua ordinatiõe ecclesie colligũt omnes fructus de quib⁹ soluunt̃ annuatim patrono centũ:residuũ manet vicario: ipse vero patronus habet soluere decimã pro tota ecclesia.cum quo istoz; fiet taxatio? credit Laud.† q̃ ſi taxatio sit cõsueta ad certã summã fiat taxatio cũ illo qui colligit fructus vocato eo qui habet soluere:z sic vocẽtur omnes quos hec taxatio cõtingit.arg.de offi.archi.ad hec. de pscrip.accedentes.de his que fiunt a prelatis.c.fi.pro hoc regula,quod omnes.lib.vi. ¶ †Undecimo quero ad quid prosit quod disponitur hic solutionẽ fieri debere de moneta currenti. Sol.vt in gl.facit.vsq; ibi, z not.idẽ Laud.z Paul.z dicit etiã Laud.q̃ poterit fieri solutio de moneta modo predicto etiam ſi eius cursus quo ad valorẽ matetur tẽporaliter:puta q; quando q; turonẽſis vel ducat⁹ cãbitur pro maiori quãtitate q̃ alia vice.sufficit enim q̃ pecunia nõ est diminuta in põdere, vel alʒ reprobata:tũc enim de ipsa nõ posset solui.de iureiurãdo, quãto.de censi.olim.z.c.cum canonicis.Ad mutabilitatem autem cambiorum veritas valoris ipsius pecunie non mutatur.x.dis. lege. ¶ †Duodecimo quero ſi due monete currunt in eodẽ loco an de vtraq; poterit solui.Glo.eadem ibi,z no.dicit q̃ fic:z est electio soluentis.Laud.dicit q̃ ſi altera de istis monetis est vsitatior:de illa soluetur.ff.de lega.j.ſi seruus plurium.alʒ si cõmuniter currunt,erit optio soluẽtis.z hoc casu procedit precedens solutio.Glos.que videtur etiã hoc sensisse.cum dicit q̃ moneta cõmuniter currat,id est sit eque vsitata cum alia.quod etiam tenet Pau.dicens q̃ quando sunt eque vsitate,intelligitur de minori.ff.de lega.iij.nũmis.de regu.iur.semper in obscuris.z.l.semper in stipulationibus.de censi.ex parte.de regulis iuris.in obscuris.lib.vj.quod procedit quãdo obligatio nõ est determinata ad certũ genus pecunie.In speciebus vero z his que species equi pollẽt,vt sunt artificia:z in generib⁹ in quibus inutile prorsus euenire nõ potest: vt boue,equo,z similib⁹ spectatur medium.C.de donatio.ſi quis argentum.Ꞩ.ſi vero.z sẽquẽti.de offic.custo.c.ſ.x.q.ij hoc ius.de elec.cum nobis.procedit etiã.ff.de legatis.j.legato generaliter.in princ.vbi de hoc. quod intellige quãdo legatur non genus generalissimum, nec subalternũ ad quod habet fines sola destinatione patrisfamilias:vt fundus:quia tũc legatum esset inutile.ff.de lega.j.ſi domus.in princip.sed secus quando habet finem a natura, vt domus.tũc enim debetur mediocre.instĩ.de lega.Ꞩ.ſi generaliter. ¶ †Decimotertio quero ſi moneta est innouata ab eo q3 erat tẽpore taxationis vel cõcessi priuilegij,prout in tex.de qua soluetur.Videb̃ q̃ de innouata,cũ alia careamus.hec enim videb̃ eadem esse cum antiqua ratione forme qualitatis z generis:z

[a] ¶ Qualiter fiet. Adde Spec.tit. de inlu. in.Ꞩ.j.v. z in hac.z in.Ꞩ. ij.ver.ſi autẽ diffuse.z per Belẽzinum in tracta. de charitatiuo subsidio.q.lxxx.

[b] ¶ Si sunt duo ꝑlati.adde Joã. and.in rubr. de cõcess. preben. in vlti.q.Oldra.cõsil.clxviij.incipit. ad primam.q.in vlti.dubio.

sic quo ad intrinseca. liberatur ergo debitor soluēdo de ista. ff. si certum peta. l. cum quid. in fi. vt iudicemus ꝑm tempus in quo instat solutio. xxij. q. iij. si quis ignoret. ℣n contrariū quia tempus date inspiciēdum est, maxime quādo agitur de viribus rescripti. de prebē. dilectus. ij. de rescrip. clemē. literas. z sic etiā videtur inspiciendum tempus taxationis ꝑm tempus obligationis. de censi. olim. vbi de hoc. z. c. pe. z hoc suadet ratio z mens verborum: a quibus licet arguere. de reg. licet. de verbo. signifi. intelligētia. ℣ec fuit questio dominicalis: de qua in. d. c. olim. z in Spe. de solutio. §. nunc aliqua. vbi vero dicit ꝙ salaria z conuentiones solui debent de moneta mutata. quia ad hoc mutatione monete debet intelligi statutū mutatum. C. qui admit. ad bono. possessio. l. penul. in fi. cum simi. Sed si ex cōtractu debeā, debet solui ꝑm estimationem prioris. d. c. olim. ℣ostiē. de iureiur. quāto. dicit ꝙ si moneta antiqua fuit reprobata quia vitiosa, vt quia nimis diminuta: periculū est debitoris. de censi. cum canonicis. Si al's diminuta nō est, sed solum causa auaricie reprobata, z debitor nō fuit conscius fraudis: sufficit ꝙ pecunia reddat in primo genere z pondere. ff. si certū petat. l. ij. z. iij. nisi aliud in cōtractu dictum sit: quia tunc illud est seruādum. regula, cōtractus. lib. vj. Alij dicūt ꝙ in cōtractu solui debet moneta que nō currit, nō illa que currebat tempore cōtractus: quia in pecunia cōsyderatur bonitas respectu vsus, nō materie tantum: licet in pluribus alijs cōsyderetur bonitas materie: vt in gustabilibus, z similibus, in quibus sufficit ꝙ idē reddatur in genere z intrinseca bonitate. ff. si certum peta. cum quid. Et in hoc dicunt ꝙ quedam sunt quorū bonitas consistit non penes materiam sed vsum in arte vel forma: vt moneta que cōsistit in approbatione principis. de iureiur. quāto. z dato ꝙ varientur: manet eadē bonitas: quia ita datur vna denariata rerum pro moneta nunc currēti, sicut pro antiqua. pro hoc. ff. de verb. sig. labeo. ℙet. de bel. perti. dicit ꝙ aut moneta est mutata vel reprobata post morā debitoris, aut prius. primo casu fit solutio ad estimationē antique monete. ff. si cer. pet. vinum. secūdo casu liberatur debitor soluēdo monetā quā accepit: dicta. l. cū quid. videtur enim eadē ratio hoc casu que est in obligatione speciei, qua perēpta vel diminuta sine culpa, debitor liberabat. debet ergo liberari debitor si sine eius culpa bonitas pecunie minuta est. ff. de verb. obli. si ex legati causa. nam licet genus generalissimum perire nō possit: vnde perempta specie nō perimitur obligatio generis. C. si cer. pet. incendiū. tamē genus subalternū perire potest. ff. ad. l. aquiliā. in ratione. §. incerta. ℣ac. de areti. distinguit an sola estimatio diminuta sit ante morā: z tunc soluit pecuniā que currit. C. de solu. l. pe. post moram vero debet supplere ꝙtipluris fuit antiqua. d. l. vnū. an vero sit minutū pondus vel mutatū: z tūc nō liberat debitor dando diminutā. arg. d. l. cum quid. ff. de cōtrahē. emptio. l. j. qs recidit in opi. ℣ostiē. ℙau. dicit solutionē fieri debere de moneta currēti tempore solutionis, qs tempus debet attendi, licet in aliquibus cōsyderet data. de rescrip. si eo tempore. lib. vj. dicit etiā ꝙ predicta nō habent dubiū in obligato ad certā quotam rerū, qr hec perit creditori. deinde dicit melius videri ꝙ solutio fieri debeat ad antiquam tantū si prescriptio aliud nō inducat. moneta enim presupponit certum pondus, formam, z materiam. ℣tem ex quo noua moneta non habet omnimodam similitudinem cū antiqua nō debet posse solui pro illa. ff. si cer. pet. l. ij. §. mutui. de cōtrahen. emptio. l. j. secus si haberet omnimodam similitudinem, quod etiam coincidit cum opi. ℣ostien. Benze. z ℳatth. distinguūt qr aut ꝙtitas debet ratione maleficij seu salarij ex statuto debiti aut ex contractu. ℙrimo casu non debetur estimatio antique, sed soluitur de currenti. C. qui admit. ab bo. poss. l. fi. de cōsti. pecu. l. ij. de rei vxo. act. l. vnica. §. j. in auf. de nō alie. §. vt autem. col. ij. quia lex hodierna seruanda est, de cōstitu. translato. z si sunt due monete: intelligetur de minori. ff. de leg. iij. nummis. de censi. ex parte. ff. de reg. iur. semper. z. l. quoties. Secūdo casu quando debetur ex cōtractu fiet solutio ꝑm estimationem prioris. de censi. olim. z. c. penulti. que distinctio coincidit cum distinctione Spe. §. e. q. posita. de hoc no. Lyn. C. in qui. cau. in integ. resti. non est necessa. in minorū. z Bar. ff. de solutio. ℙaul. z dixi de iureiuran. quāto. Ex quibus oībus cōcluditur ꝙ mutatio cursus monete nō imputatur debitori nisi post moram. similiter defraudatio ponderis vel materie nō prodest debitori quo minus teneatur soluere ad estimationē antique. d. c. cum canonicis. ¶† Decimoquarto quero quia hic dicit ornamēta deputata[a] diuinis officijs nō posse capi per collectores, quid de alijs nō sic deputatis. glos. penul. dicit secus in illis, z idem ℙau. z in hac glo. ibi, romancij, illudit vulgari ℣onoñ.† qui libros cōtinentes hec que cantantur de ℜolando z similibus vocant de romācijs. z forte tractum est: quia sepe continent gesta ℜomana. ¶† Decimoquinto quero si collectores[b] voluerint occupare ornamēta deputata diuinis. dicit ℙau. ꝙ potest eis violēter resisti. z sentētia lata per collectores in hoc est nulla. C. de iure fis. prohibitū. lib. x. pro hoc qs not. de offi. deleg. ex literis. in glos. penul. pro hoc etiā de cōstit. ecclesia. de preben. c. fin. de excessio. prela. cum ad quorūdam. regula, ea que. lib. vj. z qs not. de conse. dist. v. manus. in vlti. glos. x. q. iij. inter cetera. in glos. fi. nisi surgat dubiū an sint deputata diuinis: quia tunc in dubio valet processus. ff. si quis in ius vo. l. ij. ff. de iudi. si quis ex aliena. iij. q. ij. quia. de accu. venies. tutiꝰ est ergo ante sentētias appellare. ¶† Decimosexto ꝙro an collectores possint cōtra nō soluentes inuocare brachium seculare. So. vt in gl. fi. z in ea in fi. ℣onifacius. viij. simpliciter prohibuit inuocari brachiū seculare sine speciali mādato. ¶† Decimoseptimo quero an hec prohibitio locū habet in decimis debitis iure cōmuni, scilicet ꝙ pro eis exigendis non occupent ornamēta deputata diuinis officijs. dicit ℙau. ꝙ in eis statur iuri cōmuni cum nihil in illis sit mutatum. C. de testa. sancimus. de elec. cum expediat. lib. vj. z hec questio declarat per sequentem. ¶ Decimooctauo queritē an quibuslibet prohibeatur hec distractio ornamentorum predictorum. dicit ℙaul. ꝙ non. sed prohibet collectoribus: de quibus ꝑmisit. an in alijs statur antiquo iuri: z possint hodie distrahere sicut olim ꝑ hoc quia de prelatis nihil est immutatum. facit qs in proxi. q. dixi.

¶ De regularibus z transeuntibus ad religionē. Rub.

1 ¶ Ordo pauperpatis z ordo mendicantium idem est.
2 Ambitio producit discordias atq; schismata.
3 Constitutio quandoq; concernit preterita.
4 Mendicantes transeuntes ad alias religiones licet statim reuertantur, tamen penam patientur de iure statuta.
5 Religiosus qualiter potest habere curam animarum.
6 ℙrelatus continetur nomine capituli.
7 Abbas continetur nomine monachorum.
8 Mendicans non professus si transeat ad non mendicantes, an puniatur ꝑm dispositionem huius cle. prime de regula.
9 Quid de eo qui fecit professionem intra annum in ordine mendicantium.
10 An autem sufficiat ꝙ sit ordo mendicans de facto.
11 Juramētū est seruandū qs seruari pōt sine detrimēto salutis.
12 ℙrofessus ordinem mendicantium an assumi possit ad aliquā ecclesiam extra suum ordinem.
13 An autem possit assumi ad beneficium curatum.
14 Status quis sit perfectio religiosorum mendicantium vel non mendicantium.
15 Clemen. ista prima de regula. an locum habeat in feminis que sunt de ordine mendicantium.
16 Quid si mendicans transit ad alium ordinem mendicātem, vel non mendicans ad ordinem mendicantium.
17 Episcopus ordinis mendicantiū si renunciat z tranſit ad ordinem nō mendicantiū an sit puniendus ꝑm istam cle. primam.
18 Qualiter autem intelligi debent illa verba, vocem aut locum, in textu isto posita.

¶ Bloss. diuit in tres partes. Laud. etiā in tres: ſz alio modo signat partes. Secūda ibi, ad prioratus. tertia ibi, ad illorum. Et ꝓꝓ diuisio gl. fit formalior: tamē proseq; quor ꝑm istā que cōcernit principalia dicta huius litere. ¶† No. ꝙ idem est dicere ordo paupertatis, qs ordo mēdicantium. z dicit Laud. mēdicātes dici a mēne, qs est defectus. ℣deo luna dicit mēne ꝓpter defectus quos patit. ℣icunctus. ℣deo luna dicit mēne ꝓpter defectus quos patit. ℣icuntur autē mēdicātes qr nō debent habere ꝓpriū neq; in fingulari neq; in cōi. de hoc. xij. q. j. certe. z est mēdicare idē qs egere, z ab alijs necessaria querere. quomodo autem eligere voluntariam paupertatē est opus salutis. plene per ℣ho. contra gentiles. iij. ¶ Secūdo no. prouidendū quieti religiosorū. z dicit ℙau. ꝙ sicut hic papa puidet de quiete religiosorū: ita alibi de episcopis z secularibus clericis. de sepul. cle. dudum. alibi de omnibus subditis in proemio Sexti post principiū. de restitu. spolia. c. j. eo. lib. in auf. vt diui. iussio. subscrip. habe. in princi. ꝓpter hoc enim facte sunt leges. iij. dist. facte. z superior ad hoc tenetur ex debito officij. xxij. questio. v. regū. dicit etiam ꝙ experientia docet ꝙ mendicantes transeuntes ad non mendicantes, seminant discordias z scandalat z faciunt partialitates volentes quodāmodo omnibus dominari z intentes suo sensu contraria de constitut. ne innitaris. ¶ Tertio nota de ambitione reprimenda. de hoc in glos. concordat. in ea, ibi Statius primo thebaydos.

a ¶ Ornamenta deputata. Adde de Spec. in titu. de pig. in. §. hec rubri. circa fi. in vlti. col, versi. calix autem. gl. j. z docto. in. c. j. de pigno.

b ¶ Si collectores. adde glos. in c. nō debet. xj. q. iij. Jnn, in. c. dilecto. de senten. exc. li. vj. Archi. z Joā. an. in. c. si eo tēpore, de rescri. lib. vj. Bar. in. d. l. phibitū. a Bal. in. c. j. in vl. col. de offi. dele.

2 thebaydos. ¶ †Quarto nota q̄ ex ambitione[a] p̄ducunt discor
a die,z schismata,z vagatio,z dissolutio.de rescrip.q̄ p ambitio
sam.lib.vj.Et dicit Laud.q̄ hec est illa per quam titulus de si
monia,z de apostati.z ne cleri.vel mona.z de vsur.z plures alij
sunt sepulti.z ab hoc vitio tanq̄ a fonte alia procedūt.de cōstit.
nam concupiscentiam.dicit etiam qō in mendicantibus potissi
me locum habet qui tamen magis cogitant de rebus tempora
libus destitutos magis sine maturitate appetunt ad instar se
num in quibus licet cetera senescant,iuuenescit auaricia:vt no.
de presump.cum in iuuentute.z de hoc etiā dixi de elec.clemen.
in plerisq̄.in.vj.q.Et dicit Benze.qō ambitio quia mortale,vi
tari debet.de preben.quia intantum.z.c.cum iamdudū.de elec.
3 auaricie.z.c.quorūdam.lib.vj. ¶ †Quinto not.in verbo,transi
uerunt.casum in quo cōstitutio cōcernit preterita:q̄ hoc exp̄sse
hic cauetur:aliʒ secus,cum sit penalis.de cōsti.c.ij.z fi.simile de
elec.cum in cunctis.§.hoc sane.de iurepat.preterea.xij.q.ij.alie
4 nationes.C.de legi.l.leges. ¶ †Sexto not.q̄ punitur hic transi
tus.ex hoc dicit Pau.q̄ si isti qui transierūt statim redierunt:
nihilominus penam incurrunt in suo ordine mendicantiū.xix.
q.ij.mādamus.de eta.z quali.intellexim⁹.qō videtur verum:
tamen nō conuenit litere que videtur velle punire transeuntes
cum effectu.z ideo dicit Lap.q̄ dictum Pau.procedit si in pri
mo z in secundo ordine professionem feceruntaliʒ secus.qō pla
cet:quia nō professus nō dicitur transire,sed recedere,cū nō sit
alligatus monasterio nec ordini.de regul.c.j.z.c.beneficiorum.
5 lib.vj.z de hoc.j.q.j. ¶ †Septimo not.ibi,curam.qō religiosus
potest habere curam animarum.quod dicit Laud.verū de iure
cōmuni prelato suo presentante,z episcopo instituente.de statu
mona.qō Dei.xvj.q.j.monachi.dic qō in eo q̄ dicit prelato pre
sentante,melius diceret cōsentiente.z dic vt in.d.c.quod Dei.
¶ Octauo not.de dictione,inibi.z de hac in glos.aduerbium.
¶ Nono not.casum in quo non possunt illi de collegio aliʒ com
municare vocem.de hoc in glos.de capitulo. ¶ Decimo not.ex
hoc casum in quo quis nō potest aliʒ dare seu communicare qō
suum est.de cens.exigit.lib.vj.aliʒ nihil tam naturale q̄ volun
tatem dñi volētis in alium rem suam transferre ratam habere.
insti.de rerum diui.§.per traditionem.Laud.simile in quo non
potest quis aliʒ remittere ius suum.de rescrip.statutū.§.penult.
lib.vj.quod inducit odium persone.arg.ff.de postu.quos prohi
bet.de excep.exceptionem.z.c.pla.lib.vj.Benze. ¶ Oppo.in eo
quod punit mendicantes transeuntes ad nō mendicantes etiā
authoritate pape:qō enim fit authoritate superioris,potissime
pape,dicitur fieri authoritate iuris.ff.de acqui.poss.iuste.z sic
facientes nō peccant.xxiij.q.iij.qui peccat.sed licite facit:vt ibi:
ergo penam non mereretur.C.de adul.gracchus.Sol.Pau.q̄
hoc inducitur hic ex causa de qua in principio litere:z quia ta
lis licentia non tollit ambitionem. Et intelligit hoc procedere
siue trāseant authoritate speciali,siue generali: qualis est illa.ff.
de concubi.l.j.vbi generaliter permittitur habere concubinam
cuiuscunq̄ etatis:nisi fit minor annis.xij.vt in ea.l.in fi.z de ta
li licentia generali.de eta.z quali.preterea.de tornea.c.ij. ¶ Se
cundo oppo.ad hoc quod in transitu non requirat authoritas
apostolica.sufficit enim licētia superioris immediate petita etiā
non obtenta.de regula.licet.Sol.litera non probat qō sit neces
saria apostolica authoritas,sed potius cōtrarium per dictionē
etiam,que est implicatiua:z idē importat in alio casu.de consti.
cū omnes.vbi dixi.ff.de ver.obl.quodcunq̄.§.si ita.de aqua plu.
arc.supra iter.§.officiū.vbi de hoc quādo autem sufficiat petere
licentiam z quando debeat esse obtenta,dixi de renū.c.fi.Spe
cialiter vero ad.c.licet.dic qō loquitur quādo transit religiosus
ad strictiorē vitā:tunc enim sufficit petere vt ibi:quo casu dubi
tatur si transiuit licētia nō petita an cōpellat redire:z de hoc in
6 d.c.licet.vbi dixi in.ij.q.z tenui q̄ sic.qō tenet hic Pau.per.c.ij.
b xx.q.iij.vbi cōpellitur redire ad primū is qui vt fugeret discipli
nam transiuit ad secundum. ¶ Tertio oppo.ad verbum,inibi.
quod videtur obscure positū contra id.§.in proemio Gregorij.
Sol.expone vt in gl.aduerbiū.ibi,sed istud.vsq̄ ibi,sed videt.z
7 idē Pau.z est sensus glosse q̄ dupliciter potest hic punctari:pri
c mo post aduerbiū inibi:z tunc inibi.s.in ordinibus nō mēdican
tium:z est sensus q̄ isti transeuntes q̄uis in ordinibus nō men
dicantibus obtineant administrationes ꝛc.locū aut vocē in ca
pitulo.s.talis loci nō mēdicantis nō habebūt:z sic legēdo vt di
cit glo.nō p̄hibent transeuntes habere vocē in ecclesia seculari
ibi administrationē habeāt.Sed vt dicit Pau.sic intelligēdo
ius nō priuant vocē quo ad ecclesiā secularē de iure speciali hu
ius cle.nā de iure cōmuni est qō monachus promotus ad curā
ecclesie secularis nō habeat vocē in ecclesia regulari.xvj.q.j.ne
q̄ cuiuslibet.Secōo modo punctantur ante hoc aduerbiū inibi.
z sic expone inibi,id est in ecclesijs in quib⁹ obtinēt priorat⁹ ꝛc.
- si creinleat contrarius intellectus ad primū.credit tamen gl.
quod prima expositio sit de mente.z idem Pau.Sed ei obst.qō
proxime dixi vnde prima expositio equior est: secunda verior.z
de hoc in quatuor sequentibus contrarijs. ¶ Quarto opponit a
ad vtrāq̄ expositionē:quia vtroq̄ modo videtur hec litera cō
tinere absurdum.nam respectu prime expositionis cōtinere po
test q̄ iste erit prelatus in scōo monasterio,z nō habebit vocē in
capitulo,cum tamē per ipsum prelatū debeāt tractari negotia
monasterij.de rescrip.edoceri.quādoq̄ cum capitulo,quādoq̄
sine:vt ibi not.z tota potestas monasterij est apud abbatē.xvij.
q.ij.nullam.z idem cōtrarium procedit respectu secūde expositio
nis. Glos.ea.soluit q̄ capitulo expediet negotia fine prelato:si
cut si vacaret monasterium:quam solutionē damnat ibi,respō
deo:quia aliud tempore vacationis,que presumitur esse breuis
propter tēpora limitata: sed prelatus iste posset diu viuere. Ad
idem inducit Pau.qd talis prelatus posset exercere ea que fiūt
non collegialiter:vt sunt iurisdictionalia,z similia:que sede va
cante transeunt in collegium.ne sede vacan.illa.eo.tit.c.vnico.
lib.vj.de reg.c.fi.eo.lib. Unde hoc casu collegiū non plene sup
pleret sicut si vacaret sedes:q̄ esset absurdum.dicit ergo gl.q̄ si
talis est principalis prelatus:non habebit locum hec litera:z q̄
potest intelligi de voce habēda in capitulo generali vel prouin
ciali.qō dic vt in gl.que in hoc est clara vsq̄ ibi,vel intelligaī.z
not.glos.in eo q̄ ponderat literam ibi,aut locum.z idem Pau.
qui p̄ hoc qō dicit gl.de certo loco habēdo in capitulo:inducit
quia in talibus debent maiores preferri.de cōsue.cum olim.de
priuile.ex ore.ff.de albo scrib.l.ij.C.de offi.magi.officiorū.nemo.
xcvj.dist.bene quidē.xxv.dist.c.viti.vel fm glos.ibi intelligat de
prela.prin.hic intelligitur de prioribus z alijs administrationē
habentibus in monasterio,qui tamen non sunt principales pre
lati.q̄ dic vt in glo.vsq̄ ad fi.z idē Pau.dicēs q̄ licet litera ibi,
vel regimē quodcūq̄,videaī includere omne regimen.debet tn
limitari vt non extendaī ad maiora.de rescrip.sedes.de p̄cura.
cle.nō potest.in precedētibus autē nō loquit de officijs principa
libus,sed secūdarijs.nō enim exprimit de abbate.z licet quedā
monasteria regaī per priores:de illis non intellexit.qō vltimō
etiā dicit gl.per hoc inducit Pau.qd hec litera loquit de habē
tibus priorat⁹ ꝛc.inibi,id est in monasterijs sed ecclesijs:sed pre
lati principales nō habēt prioratū vel administrationē in eccle
sia,sed in ipsas ecclesias.de prebē.cle.j.z idem dicit Pau.intelli
gēdū quo ad cle.vt hi qui.§.de eta.z quali.videlicet q̄ principa
lis prelatus nō caret voce capituli licet nō sit in sacris.secus in
nō principali:vt in ea.cle.in prin.vbi dixi in quarto contrario.z
facit de elec.statutū.z in eo qō hic dicit de voce aut loco in capi
tulo,dicit Pau.q̄ capitulū sumit multipliciter.q̄ dic vt in.q.x.
Benze.p̄ secūdo intellectu q̄ hic loquaī de prioribus nō princi
palib⁹:z q̄ illa verba,regimē quodcūq̄.debeāt restringi ad p̄ce
dentia,vt predixi.inducit.ff.de tri.vino z oleo leg.l.fi.§.vlt.z ma
xime qz in penis maiores nō sic cōsueuerūt affici sicut minores.
de iureiur.cū quidā.vbi de hoc.z vt euitet absurditas supradi
cta que sequeret si principalis prelatus priuaret voce ppter qō
prelatura damnū incurreret:vnde magis esset pena beneficij q̄
persone. Alnarus vt refert Matth.ppter verbū,regimē quod
cūq̄,tenet q̄ etiā in principalib⁹ p̄latis hz hec litera locū.Et ad
absurdū rndet q̄ p̄uidebit capitulū sicut si vacaret sedes:vel su
perior dabit curatorē,vel aliter p̄uidebit.arg.de iurepat.null⁹.
de supplē.negli.prela.si eps.lib.vj.de cle.egrotā.c.vnico.eo.lib.
Ipse autē Matth.tenet qō predixi,q̄ in principalibus prelatis
locum habeat:aliʒ vbi dixit de prioribus dixisset de abbatibus.
arg.de decī.ad audientiam. Idem Stepha.dicens id qō dicit
glos.in fi.q̄ aliud capitulum,aliud prelatus principalis.de his b
que fiunt a prela.in rubro z nigro.ne sede vacā.c.j.Et est sensus
q̄ prelatus nō dicitur habere vocem in capitulo,nec proprie est
q̄ prelatus nō dicitur habere vocem in capitulo,nec proprie est
pars capituli:vt not.in.d.cle.vt hi qui.sed est principalis in ca
pitulo. ¶ †Quinto opp.ad hoc quia nomine capituli[b] contine
tur prelatus:nam ex vtroq̄ fit vnum corpus.de his que fiunt a
prela.c.nouit.Sol.Steph.quod licet faciant vnū corpus,nō se
quitur qō nomine capituli cōtineatur prelatus.z de hoc dixi in
d.cle.vt hi qui.§.illi.q.x. ¶ †Sexto opp.ad idem:qz nomine mo
nachorū[c] abbas cōtinet.de simo.c.fi.Sol.Matt.q̄ illud fit fm
largam significationē.hic autē verba sumunt stricte:quia est cō
stitutio penalis.ex hoc dicit Matth.q̄ prelatus principalis nō
excluditur a voce quam habet vt prelatus:sed si haberet vocē c
etiam vt canonicus,sicut in casu de cōces.prebē.postulastis.de
appel.a collatione.lib.vj.de preben.cū in ecclesia.e.lib.a tali be
ne excluderetur.que not.quia subtilia z vtilia.z p̄ hoc apparet
q̄ non refert quecūq̄ punctatio teneaī de his quas dedi supra
in tertio contrario:quia non resultat magna vis ad hanc literā
quecūq̄ teneaī.Quo ad id autē quod dictum est hanc literā in
telligi de prelaturis non principalibus:mihi hoc placet per pre
dicta.z per hec declarata est gl.aduerbiū.que solet videri intri
cata z in ea ibi compositum: simile.xvj.dist.sicut.ibi, corriuale.
quis dicit corriualis.not.xxxij.q.v.horrēdus.z.ff.de aqua coti.

¶ Ex ambitiōe. Adde sanctum Tho.scōa secun de.q.cxxxj.

¶ Nomine capi tuli. Adde gl.in cle.vt hi q.de eta te z qual.gl.in.c. requisisti.de test. doc.in.c.post ele ctionē.de cōces.p ben. doct.in.c.eā te.de rescrip. In nocē.in.c.irrefra gabili.de offi.or.

¶ Nomine mo nachorū. Adde tex.in.c.fin.de si mo.in.c. ex ore.ō priuil.z ibi Ant. de bu.in.ij.nota. Abb.i.c.cū olim in.iij.col.de re iu di. Jo.de imo.in c.sedes.in fin. de rescrip.

z esti.l.j.sbi,ex ore.xvij.dist.epc:al's ver.sub.§.fina. ¶ Septimo oppo.in eo q̄ isti priuanť loco in capitulo.nam hec nō est pena, sed pene euitatio.de appel.reprehensibilis.in fi.ibi,capituli disciplina.Sol.Laudu.q̄ hic priuātur loco in his que sunt honoris.s.in electione:z alijs cōmunibus tractatibus sic accipitur locus.de renun.cum inter.secus in his que sunt oneris:vt in disciplinis z correctionibus sicut accipitur capitulū in.d.c.reprehēsibilis.quādoq; etiam accipitur capitulū pro certa summa seu particula alicuius scripture.de sepul.cum super.Laud.pro predictis inducit Benz.qz si priuaret loco etiā in his que cōcernūt onus:tūc ex eodem facto:quia sentiret cōmodū z incōmodum eodem respectu:quod esse nō debet.ff.de neg.gest.l.siue hereditaria.xvj.q.j.legi.z sic pena prestaret immunitatem cōtra iura. ff.de interdi.z releg.relegatorū.§.fi.Simile enim dicit in excommunicato qui repellit a tractatibus capituli.de cōsue.cum dilectus.z tamen ab oneribus nō est immunis puta ab horis canonicis saltem secrete dicendis:vt not.xxviij.dist.presbyterū.nec a iuramēto oneris prestādo:vt not.de iura.calum.ceterū.facit qō
2 not.de preben.pro illorū.in glos.penul. ¶ †Quero an hec litera habeat locū in nō professo tranſeunte de mēdicantibus ad non mendicantes.dic q̄ nō per id quod dixi.s.in.vj.not.vbi probat hec litera in verbo,professores.isti enim licite redeunt ad seculū. eo.tit.ad nostram.z.c.statuimus.ergo fortius tranſire possunt
9 ad ordinē nō mendicantem. ¶ †Secūdo quero an hec litera nō habeat locū in nouitio:vt dixi in proxi.q.an saltem habeat locū in eo qui intra annū probationis professionē fecit in ordine mēdicantū.Glos.j.dicit q̄ nō,per verbum professores:nam iste nō dicit professus ita qō sit adstrictus huic religioni:sed tantū religioni in genere.qō dic vt in glo.Et idem not.Pau.dicens q̄ in istis cessat ratio de qua in tex.de remanēdo in vocatiōe qua vo-
10 cati sunt:quia isti nō sunt vocati ad hanc religionē. ¶ †Tertio quero in eo q̄ dicit de mēdicantibus,an sufficiat q̄ sit ordo mēdicans de facto.Pau.dicit q̄ nō:z in hoc pōderat verbū,ordinis.dicēs q̄ ad hoc vt sit locus huic litere expedit qō ex sui fundatione z institutione sint mēdicantes:vt sunt predicatores,minores,z eremite.de quibus etiā exemplificat glos.predicatores. dicit etiā prius q̄ ex verbo,ordinis.qz non dicit loci,innuitur q̄ non sufficit locum de facto mendicare nisi sit ordinis mendicātium.multi enim sunt qui proprīū habere possunt:tamē non habent:z ob hoc mēdicant:nec ꝓpterea possent dici ordinis mēdicantū.qō dicit Pau.verū etiā si quis ordo habeat cōstitutiōes q̄ quas esset mēdicās:si cōstitutiones nō sunt approbate per papam.de reli.domi.c.vnico.lib.vj.§.j.ibi,professio sive regula z c. qz tales cōstitutiones nō impediut eos habere proprium in cōi. ff.de pact.l.pe.de leg.iij.si quis.in prin.quia non possunt priuati sibi legē imponere a qua recedere non liceat:z hoc modo faciūt illa iura.possunt enim venire cōtra suā cōstitutionē etiā iuramē to firmatam:vt not.xj.dist.in his.z sic poterunt esse nō mēdicātes.z hoc sufficit non dicant mendicātes omnimode.ff.de cōdi. indebi.sufficit.facit de resti.spol.pisanis.vbi de modo attendendo.z qō oporteat omnimodo esse mēdicātes vt dicit ordo mēdicans,ꝓbat.d.c.vnicū.de relig.do.q̄ autē isti possunt venire contra cōstitutionē suā,ꝓbat Pau.cū omnis cōstitutio de sui natura retractabilis est p̄m tēpus z cōstitutionis mutationē,quib⁹ debet cōformari.de consangui.z affi.nō debet.ij.q.j.si peccauerit.cum simi.z mutari potest per eos qui fecerunt:qz par est ius ligandi z soluēdi.de peni.dist.j.verbū.lxiij.dist. verum.xj.q.j.§. ex his,de homi.cū ex iniuncto.in fi.de senten.excō.inter alia.de offi.ordi.ordinarij.lib.vj.Et qō ꝓcedat etiā si sit iurata,probat qz iuramētum durat p̄m naturā constitutionis cui accidit,licet quandoq; sine principali.de iureiu.debitores.sed al's nō durat vltra tempus constitutionis.de consti.ex literis.de elec.venerabilem.in fi.nec iurantes videntur cogitasse de tali tempore:z iuramentum non extenditur ad non cogitata.de iureiur.quintallis.z.c.clericus.etiam priuilegium rei concessum re cessante. xvj.q.vij.z hoc diximus.de eccle.edifi.ad audientiā.Item non extenditur iuramentum ad ius de nouo quesitū.de renun.cum inter.de iureiur.ad nostram.ij.cū ergo possint tollere cōstitutionem:ergo z iuramentū.z qō cōstitutio tolli possit per eos tacite z expresse,probat de consti.cū omnes.in fi.z.c.cum accessissent. z in.c.cum ad.eo.tit.c.j.lib.vj.Item qz si nō posset tolli,sequeretur absurdum q̄ ad legē iniquā vel impossibilē ex superuenienti casu quis obligaretur:vel qō cōstitutio etiā vtilitate suadente
31 mūtari non posset.contra est.j.q.vij.pro remedio.de his que fiūt a maio.parte capi.c.j. ¶ †Oppo.ad hoc quia iuramentum qō seruari potest sine interitu salutis seruari debet.de iureiur.fi vero.xxij.q.j.omne quod.Pau.pro solutione refert varias opi.in simili quando canonici recipiunt aliquem in canonicum cōtra numerum iuratū,an valeat.in quo tenet Archi.de reseri.duobus.de prebē.si a sede.lib.vj.q̄ receptio facta sponte a capitulo vltra numerū iuratum est nulla,per.c,dilecto,de preben,vbi de hoc.Alij,vt Bet.z Egi.contra:pro quibus facit qō not.Inno. de rescrip.cōstitutus.Jo.an.dicit receptionē valere,sed recipientes esse periuros.de hoc in.d.c.dilecto.Ad qō respōdetur tenēdo hoc vltimū q̄ ibi fuit allegatio partis.z posito qō essent verba pape:nō innuit receptionē nō valere,pro hoc q̄ ibi dixi.z de hoc in Spec.tit.ij.§.nunc tractemus.ver.sed si legatus.per hoc tamē nō est responsum formaliter ad cōtrariū.dic q̄ iuramentū est seruādum quādo est:sed vt dixi.s.e.q.iuramentū est sublatū. Et in eo qō dixi tenere receptionē cōtra iuramentū,dicit Pau. idem in matrimonio carnali:quia tenet contractus cōtra iuramentum licet cōtrahens sit periurus.de spon.sicut. ¶ Opp.ad idem:qz p̄m hoc iuramētum erit sine effectu ex quo nō operatur effectum nisi durāte statuto:statutum autem per se sufficit etiā si sit nō iuratū.Sol.Pau.qō operat q̄ manēte statuto transgressorem obligat ad periurū,nisi iurassent seruare contenta in statuto z non simpliciter statutū:qz tunc sunt periuri eoipso q̄ contrauenūt.z videtur velle Pau.q̄ quādo iurauerūt statutū contrauendo:nō sunt periuri.secus si iurauerunt contēta in statuto:qz primo casu tollit cōstitutio,z per consequēs iuramentū: z sic non sunt periuri cōtrauenēdo.secūdo casu sic.ratio primi est: qz non potest esse q̄ constitutio destruatur z eodē tēpore operet effectū obligādi ad periurium propter impossibilitatē.de bapt. maiores.§.sed adhuc.in fi.no.lvij.dist.c.j.in glo.ij. ¶ Oppo.ad hoc:quia per receptionem incurrūt periurium.pro hoc qō not. Innoc.de appel.preterea.ij.z receptio valet vt dictum est.Sol. Pau.qō notata in.d.c.preterea.loquunt in excōmunicatiōe propter fui velocitatem z penetrabilitatē:vt ibi dicit Inno.non sic in casu nostro in quo est dare de necessitate priozitatem z posteriozitatē:pro hoc qō not.Hosti.de sen.excō.sacro.vbi dicit qō licet iniuste excōmunicans z excōmunicatus incipiāt simul ligari tēpore tamē naturaliter ex intellectu precepit priuatio excommunicantis:qz priuatio excōmunicati operatur priuationē excōmunicantis:sicut infusio gratie,z peccatorum remissio simul sunt tempore sed naturaliter ex intellectu infusionē gratie precedit remissio peccatorum:z sic vnius egressus alterius operatur ingressum.xxij.q.ij.cum renunciatur.cum ergo incurrant periurium sub conditione,si recipient.ergo ante receptionem non sunt periuri:sicut si aliquis sub conditione promittit,ante conditionem non est obligatus.ff.de verbo.sig.cedere.sed facta receptione statim desijt cōstitutio:z per consequēs sublatū est iuramentum.z in hoc dicit Pau.aduertendū q̄ eadē persona consyderat dupliciter.primo vt singularis.alio modo vt pars collegij.Primo modo si quis vt singularis cōueniat periurus est.sic intelligitur qō dixi de matrimonio.s.e.q.z qō not.Joā.and.in regula,qō semel.iij.q.lib.vj.z de hoc.xij.q.ij.c.vlti.per Archid. z de sepul.c.j.lib.vj.z in Spec.de instru.edic.§.compēdiose.ver. qd si qs iurauit.Secūdo em̄ modo cōsyderādo aliquē vt est pars collegij,si cōtraueniat totū collegiū non sunt singuli periuri:qz sunt obligati tanq̄ singuli:z nō tāq̄ collegiū.z hoc dicit Pau. qō eo casu quo aliquis vt singularis cōtrauenit,nō tollitur cōstitutio:z ipse est periurus:qz vt dixi,iuramētū cōcernit singulos. arg.xij.q.ij.qui manumittit.Et dicit Pau.q̄ nisi dicamus modo predicto:fateri oportet q̄ statutū iuratū nō possit tolli expresse: qz idē est seruare qō non tollere vel mutare.Sed hoc nō est verū q̄ nō possit tolli:imo potest expresse z tacite,vt probatū est:ergo vtriusq; remotionis idē erit effectus,vult dicere q̄ sicut si cōstitutio tolleret expresse,p̄ cōsequēs tolleret iuramētū,ita etiā si remittitur cōtra cōstitutionē:qz per hoc tollit cōstitutio,vt dictū est: ergo z iuramentū.hec tamen dicit Pau.nō procedere in penali stipulatione promissa a collegio,que cōmitteretur si collegialiter contrauenīūt:qz non possunt ab ea recedere sine volūtate alterius.que no.Jo.de lig.reprehendit distinctionē premissam in eo qō dixi aliud iurare statutū:aliud iurare cōtēta in eo.nā cum iurant cōtenta in statuto sub istis verbis habet relatio ad statutum:ergo illo sublato sublatum est iuramentum.pro hoc qō not. Inno.de excep.cū venerabilis.vbi dicit q̄ sublato instrumento tollitur confessio ad instrumētum relata:secus dicit Jo.de lig. si iurat cōtenta in statuto nō habita mētione statuti:puta qz iurat nō recipere aliquem vltra numerū.dic qō Pau.etiā habuit hunc intellectū q̄ dixi plenius.de rescrip.constitutus.Idē in eo qō dicit Pau.q̄ isti cōtrauenientes collegialiter nō sunt periuri. Jo.de lig.dicit cōtrariū:qz statim cum incipiūt venire cōtra statutum,sunt periuri:per ea que not.Inno.in.d.c.preterea.dic q̄ tutius est qō tollāt statutū anteq̄ cōtrauenīāt:quo sublato iuramentū sublatū est:z ita seruatur.Sed si cōtrauenīant non sublato statuto:adhuc videt probabiliter posse defendi q̄ intelligūtur destruxisse statutū:z sic nō sunt periuri:licet in hoc aliqui contra,vt patet ex dictis.ea.q.sed qz pro hoc est qz cū possint tollere statutū expresse:ergo z tacite intelligunt sustulisse ex quo apparet de volūtate contraria:nec verū est q̄ sint priuri eoipso q̄ incipiūt cōtrauenire:qz vt dixi iuramētū obligat singulos z nō collegium,cum

legium,cum etiã collegiũ nõ sit susceptibile periurĩ.arg.de sen. excõ.romana.§.in vniuersitatẽ.lib.vj.Item in dubio hec interpretatio eqnior est post factũ vt euitetur periurium.arg.de testi. 12 cum tu.¶ †Quarto quero in eo q̃ intendit prohibere trãsitum a mẽdicantium ad nõ mendicantes,an professus ordinẽ[a] mendicantiũ possit assumi ad aliquã ecclesiã vel monasteriũ extra suũ ordinẽ.dic vt in extraua.Jo.xxij.dispẽdijs.vbi dicit q̃ mẽdicãs postulari nõ põt ad aliquã ecclesiã vel monasteriũ extra suũ or- 13 dinẽ,pro hoc qs dico in seq.q.¶ †Quinto q̃ro circa id qs dixi in proxi.q.si mẽdicãs professus nõ transiuit in alium ordinẽ,an possit assumi ad curatũ beneficiũ.vidi dubitari q̃ nõ.arguit: quia hoc permittit monachis ex dispẽsatione.de sta.mo.c.j.nomine autẽ monachorũ nõ veniũt fratres mendicãtes.In cõtrariũ:quia nõ reperit super hoc specialis prouisio:nec ista cle.aliquid facit: quia non cõprehendit hunc casum,pro hoc qs dicit hic glo.cessat.z hoc verius:iz videat obstare extrauagãs de qua.ẽ.q.pri. vbi prohibet mendicans postulari extra suũ ordinẽ ad monasterium vel ecclesiã nõ cathedralem.ad qs dic q̃ cũ ibi prohibeat de sola postulatione,de electiõe,vel alio modo assumẽdi,videt permissum.arg.ff.de iudi.cum pretor.de presump.nonne.solent tñ habere mendicãtes cõstitutiones ppias q̃ tales assumptiones indistincte prohibẽt:quibus cessantibus pcedit qs predixi. 14 ¶ †Sexto quero in eo q̃ intendit hec litera prohibere trasitũ b mẽdicantiũ ad nõ mẽdicãtes,quis status est perfectior.Laud. arguit nõ mendicantiũ:q̃ beatius est dare[b] q̃ accipere.dicit tñ hoc theologis relinquẽdũ.de hoc dixi de regu.sane.vbi dixi qs diuitie vel paupertas nõ sunt pfectio vel imperfectio.Sunt eñ alique religiones in quib[9] ad perfectionẽ requirunt diuitie:vt ille que ordinate sunt ad militiã z hospitalitatem.qs dic vt ibi. 15 ¶ †Septimo quero an hec constitutio locum habet in feminis ordinũ mẽdicantium si transeant ad nõ mendicantes.glos.predicatores.in fi.dicit q̃ sic.z idem ¶Bau.q̃ masculinũ concipit feminiñ.quã rationẽ sentit etiã glos.in eo q̃ allegat not.de elect. generali.lib.vj.de quo dixi de elec.cle.j.q.j.z tribus sequẽtibus. pro eo q̃ not.de relig.domi.c.vnico.lib.vj.in ver.cũctos.Laud. tenet cõtrariũ:dicẽs q̃ in statu nõ mẽdicantiũ sunt omnes ordines mulierũ indistincte:z etiã virorũ,exceptis quatuor,de quibus in hac glos.in prin.Lap.tenet primũ:dicens q̃ sorores predicatorum z minorum sunt mendicantes,licet habeant priuilegia q̃ possint habere possessiones.verius est dictũ Laudu.per id qs no.de reli.domi.cle.j.in glos.inde.in fi.z de sen.excõ.cle.cũ ex eo.in glos.iij.que glo.dicũt q̃ sorores minorũ habent ppriũ in cõtrgo nõ sunt mẽdicãtes.de relig.domi.c.j.li.vj.tñ nihilominus puto q̃ gl.hec fit vera qs non debẽt tales sorores ordinum mendicãtium transire ad nõ mendicãtes.Sed pone de quibus hic nõ vident habere locũ:ne fiat extẽsio.regula.in penis.lib.vj. nisi dicamus q̃ nomine mendicantiũ veniãt etiã sorores eis supposite,per.§.sane.allegatũ in glo.qui optime hoc probat:z tunc dicemus qs etiã tales sorores nõ sunt mendicantes,sed tñ ordinis mendicãtium:q̃ sunt pars ordinis virorum qui sunt mẽdicantes:z sic intelligẽdo verificatur glo.vt hec cõstitutio locũ habeat etiã quo ad penas:qs puto:iz de mẽte videat solũ pbibere 16 masculos ppter masculinũ qs exprimit:z q̃ in talibus frequentius hoc accidit.¶ †Octauo quero si mendicãs transit ad aliũ ordinẽ mendicantẽ,vel nõ mendicans transit ad mendicãtem. glos.cessat.dicit nõ locum esse huic constitutioni.z colligit quatuor casus in quorũ vno tantũ habet locum constitutio.z idem ¶Bau.¶ Oppo.ad hec z ad literã in eo q̃ permittit trãsitus de ordine mẽdicãtiũ ad nõ mendicãtes,cũ debeat fieri trãsitus tm ad regulã arctiorẽ.eo.tl.licet.al's requirunt illa de quib[9].de prebẽ.cum singula.lib.vj.de renun.c.fin.vbi dixi.Sol.¶Bau.q̃ ex hac litera colligitur posse dari ordinẽ non mendicãtium arctiorem ordine mẽdicantium:al's non liceret transire.d.c.licet.z ex hoc dicit q̃ predicatores potest trãsire ad ordinem monachorum beati Benedicti attenta regula vtriusq;:q̃ regula predicatorũ fundata est a regula Augustini: que est laxior.de stat.mona.qs Del.sed attentis constitutionibus additis per predicatores arctior facta est eorũ regula:ideo transitus non licet:vt not.eo.tit. 17 nõ sane.¶ †Nono quero si eps ordinis mendicantiũ renunciat z transit ad nõ mendicãtes.dicit ¶Bau.hanc penã locum habere per literã ibi,quoslibet.z sic neminẽ excludit.xxiij.q.j.quod 18 cũq;.de maio.z obe.solite.z idem Lap.¶ †Decimo quero de intellectu litere ibi,vocẽ aut locũ.in capi.Sol.vt in gl.hoc plus. z quo ad illud de capi.dicit ¶Bau.q̃ q̃q; sumitur p̃ loco q̃q; pro persona collegii,de prebẽ.relatum.z.c.dilecto.de concess. prebẽ.quia diuersitatẽ.de his que fiunt a maio.parte cap.c.j.z vlti.de rescrip.c.capitulũ.de elect.cũ inter cano.z.c.in causis.in prin.z.c.bone.ij.cum simi.z quantũ ad hanc cle.dicit ¶Bau.q̃ si capitulũ sumitur pro loco,videtur principalẽ prelatũ includere tanq̃ qui locum primum obtinet in capitulo al's sufficiebat priuare voce capituli:sicut fit.§.de eta.z qual.cle.vt hi qui.z q̃ hic capitulum debeat accipi pro loco,facit:quia non videtur posse sumi pro persona:q̃ collegiũ regulariũ cõmuniter vocat cõuentus,non capitulũ.de rescrip.edoceri.de maio.z obe.cũ olim.de his que fi.a prela.c.ij.de sta.mo.cum ad monasteriũ.z.c.vlti.lib. vj.de elec.si religiosus.in fin.de testi.c.ij.eo.lib.Et dicit ¶Bau.q̃ qñq; quis locũ habet in capitulo sed non vocem:qs cõtingit in his qui sunt de numero collegij:sed ratione impedimẽti vocem a non habent:qñq; nec locũ habent nec vocẽ:vt hic.concludit tñ ¶Bau.qs hic loquit de voce z loco capituli respectu personarũ. Et ad id qs dixi q̃ collegiũ religiosorũ vocat cõuẽtus:tñdet q̃ qñq; etiã vocatur capitulũ.de consue.cũ dilectus.de sta.mona. in singulis.de proba.tertio.de transac.contingit.cũ simi.Et qs hic loquat de tali capitulo,patet:q̃ intelligẽdo capitulũ pro loco,si extra locum capituli aliquid tractarent vel facerẽt talis religiosus haberet vocẽ:qs tñ non est de mente huius cõstitutionis.Dicit etiã ¶Bau.q̃ capitulũ fm strictã significationẽ sumit pro membris,non pro capite.qs not.z idẽ no.in.d.cle.vt hi qui. in glos.cathedralibus.pro hoc q̃ non est de esse collegij q̃ ibi fit prelatus:vt no.Jnno.de preben.cum non ignores.potest ergo quis vocẽ habere vt prelatus z carere voce collegij:q̃ hec sunt diuersa.de cõces.preben.postulasti.de appel.a collatione.lib.vj. de preben.cum in ecclesia.ne sede vacan.c.vnico.eo.lib.z in hac cle.priuatur voce collegij.Unde non tollitur quin possit habere vocem vt prelatus.nam licet in larga significatione prelatus dicatur esse in capitulo tanq̃ caput.de his que fi.a prela.nouit.z fic intelligatur.de cõces.preben.post electionẽ.secus tamẽ est in b stricta significatione que hic locum habet:quia tractatur de penalibus z restringendis.regula,q̃ a iure.z regula,in penis.lib. vj.vnde cum nomine capituli cõmuniter nõ includatur prelat[9] in eo q̃ hic priuatur voce capituli:debet intelligi modo p̃dicto de voce que habetur iure collegij:non de illa que habetur iure prelati.de hoc etiam dixi.ẽ.in quarto contrario.

[a] ¶ An professus ordinẽ.Adde docto.in.c.licet.de regu.

[b] ¶ Beatꝰ est dare.Adde.c.predicatores.xvj.q.j.z.c.cũ marthe.in.§.sane.de cele.miss.in rubri.ff.cõmo.

1 ¶ Religiosus mendicans professus si transiuit ad ordinem beati benedicti,an assumi poterit ad curã parochialis ecclesie.
2 An autem tales possint predicare.
3 Quid si tales predicãt an sit loc[9] clausule,de qua hic,qcqd ꝛc.
4 Quid si tales essent theologi canonisti.
5 Mendicantes transeuntes ad ordinem non mendicantiũ quare prohibentur esse vicarij.
6 Religiosus qui nõ transiuit ad alium ordinem an possit esse vicarius vel alius officialis.
7 Mendicantes transeuntes ad ordinem non mẽdicantium prohibentur a cura animarum,de qua cura intelligitur.
8 An autem talis religiosus possit esse coadiutor.
9 Prohibitio in iure facta absq; clausula decreti si fiat contrariũ an sit ipso iure nullum.
10 Religiosus mendicans si transiuit ad nõ mendicantes,sed status eius ignoratur si fuit prepositus cure vel officio:an valebũt eius gesta.

